# CODEX CUMANICUS

BIBLIOTHECÆ

AD TEMPLUM DIVI MARCI VENETIARUM

PRIMUM EX INTEGRO EDIDIT

PROLEGOMENIS NOTIS ET COMPLURIBUS GLOSSARIIS INSTRUXIT

COMES GÉZA KUUN

ACAD. SC. HUNG. SODALIS

BUDAPESTINI

EDITIO SCIENT. ACADEMIÆ HUNG.

1880

HIVATALOS
M. T.
AKADÉMIA

# CODEX CUMANICUS

BIBLIOTHECÆ

AD TEMPLUM DIVI MARCI VENETIARUM

PRIMUM EX INTEGRO EDIDIT

PROLEGOMENIS NOTIS ET COMPLURIBUS GLOSSARIIS INSTRUXIT

COMES GÉZA KUUN

ACAD. SC. HUNG. SODALIS

BUDAPESTINI

EDITIO SCIENT. ACADEMIÆ HUNG.

1880

HIVATALOS
M. T.
AKADÉMIA

# CODEX CUMANICUS

BIBLIOTHECÆ

AD TEMPLUM DIVI MARCI VENETIARUM

PRIMUM EX INTEGRO EDIDIT

PROLEGOMENIS NOTIS ET COMPLURIBUS GLOSSARIIS INSTRUXIT

COMES GÉZA KUUN,

ACAD. SC. HUNG. SODALIS

BUDAPESTINI

EDITIO SCIENT. ACADEMIÆ HUNG.

1880

159224

Typographia societatis „Franklin“.

R 1977

Magyar Tudományos Akadémia
Könyvtár 4462/318/195 3 sz.

# PRÆFATIO.

Opus editionis totius codicis cumanici bibliothecæ ad divi Marci Venetiarum sex abhinc annis a me susceptum tandem exequutus sum. Hoc opus sane arduum mihi etiam eo aggravavi, quod prolegomena, annotationes interpretationemque textuum cumanicorum lingua latina scribenda constitueram. Linguam latinam ob duas causas elegi 1, quod hujus generis opera lingua omnibus viris doctis notissima scribi debent 2, glossæ vocabularii cumanici in ipso codice Venetiano per vocabula latina explicatæ sunt. Te autem candide Lector! oro atque obsecro, ut mihi defectus et menda sane multa et gravia styli benigne ignoscas. Hoc quoque bene scio nec prolegomena defectibus et erroribus exemta fore, nam ea procul a suppelectili bibliothecarum in solitudine castelli Maros-Némethiensis conscribere necesse habui, attamen confidenter spero me saltem in solutione quarundam quæstionum arduarum proxime ad verum accessisse. Etiam in lectione et interpretatione vocabulorum textuumque cumanicorum me sæpe errare haudquaquam me latet.

Viris doctis Antonio Schiefner, lib. baroni Carolo Geringer, Carolo Julio Schröer, Ottoni Keller, Attilio Hortis, Gabrieli de Bálint, Angelo de Gubernatis et Aroni de Szilády acceptas refero nonnullas observationes et indicationes summi momenti, quas illi mihi roganti insigni bene-

volentia communicaverunt. Insuper doct. Schröer mihi interpretationem glossarum germanicarum hujus codicis humanissime suppeditavit. Denique cl. præfecti bibliothecæ „Marcianæ" viri summæ doctrinæ et humanitatis Johannis Veludo et ill. comitis C. Soranzo erga me benevolentiam silentio prætermittere non possum.

Ad explicandas glossas cumanicas præcipue professoris Vámbéry vere egregio glossario čagataico, A. Hindoglu vocabulario osmanico et Gabrielis de Bálint glossario Kazanico usus sum. Id quoque annotatum esse volo, nos in notis editionis glossas cumanicas præcipue osmanicis et Kazanicis comparasse, quia illæ apud nos magis notæ sunt, quam aliarum dialectorum formæ, hæ vero ad cumanicas recte explicandas maxime idoneæ sunt. Ad formam osmanicam in hac operis parte interdum non annotavimus, eam arabicæ vel persicæ esse originis, quoniam in vocabulario cumanico editioni nostræ adjuncto quæ ad originem arabicam vel persicam spectant, locis suis annotata inveniuntur, in quo glossas cumanicas præcipue cum čagataicis et Kazanicis comparavimus.

Denique de multis impressionis erratis nobis graviter conquerendum est, quæ sane longe pauciora fuissent, si nobis per totum illud tempus Budapestini degere licuisset. Emendationem erratorum lector benevolus fine operis inveniet. Nonnullæ emendationes, quæ ad lectionem interpretationemque glossarum codicis spectant, in vocabulario cumanico et persico inveniuntur.

*Dabam Maros-Némethii,* Anno 1879, Kalendis Juliis.

# PROLEGOMENA.

## I.

Codex latino-persico-cumanicus, quem nunc primum ex integro luci publicae damus, in catalogo codicum bibliothecae ad templum divi MARCI Venetiarum consilio et labore quondam celeberrimi hujus bibliothecae praefecti ANTONII ZANETTI conscripto sic breviter signatus est:

«Codex DXLIX

in 4°, chartaceus, foliorum 62, Saeculi XIV.

Lexicon latinum, persicum et comanicum.

Initio legitur:

MCCCIII. die XI. Julii.»

ZANETTI hanc brevem mentionem codicis in calce catalogi fecit, videlicet sub titulo: «Appendix codicum, qui nuper in parte superiori ducalis ecclesiae inventi sunt». Doctissimus bibliothecarius initio appendicis observat: «Ex his aliquot, quos scilicet asterisco signavimus, descripsit TOMASINUS in Biblioth. Ven. Mss. pag. 56.»[1]

TOMASINUS loco citato de hoc codice ita scripsit:

«Alphabetum persicum, comanicum et latinum Anonymi, scriptū anno MCCCIII die XI Julij. Cuius libri initium est tale. In nomine Domini Jesu Christi etc.

Hec sunt prima verba et nomina de litera *A*.

| | | |
|---|---|---|
| audio | mesnoem | esiturmen |
| audis | mesnoy | esitursen |
| audit | mesnoet | esitir». |

[1] V. «Latina et italica D. MARCI Bibliotheca Codicum manu scriptorum.» MDCCXLI.

Tomasinus codicem cumanicum ait a Francisco Petrarcha, humaniorum litterarum in Italia instauratore, serenissimae reipublicae Venetorum cum aliquot aliis codicibus donatum esse et hoc loco de pretioso dono uberius disputans enumerationem codicum acceptam Fortunato Ulmo refert: «Codices qui adhuc extant è bibliotheca Francisci Petrarchæ, ut mihi communicavit D. Fortunatus Ulmus abbas cassinensis.»[1] Doctissimus Ulmus in historia monasterii S. Georgii ab eo, dum in hoc claustro degeret, ex antiquis annalibus et documentis conscripta de hac re ita loquitur:

«Era in Venezia il Petrarca nel 1362 quando donò la sua libreria alla Republica; il che scrive il Sansovino nel libro secondo a carte 25, dove parla della Chiesa del santo sepolcro. Qualche poco residuo dei libri della quale da me ricercati et riconosciuti per ordine degli Eccellentissimi Procuratori di San Marco Francesco Moresini, Girolamo Cornaro, et in particolare di Francesco Molino all' hora Cassiere fu inventariato, e datagline la nota nel 1634. L'altra maggior parte de quali, per neglienza de vecchi ministri, essendo perita, darà che piangere a' buoni in ogni avvenire; quando intenderano, che, essendo già riposti come in un sacrario per ordine buono de vecchi Procuratori in certo camerone sopra la chiesa di San Marco, accompagnati anco da una moltitudine di singolari scritture publiche, e de particulari; è risorta quindi un' immensa perdita della maggior parte di queste cose tutte; altre da topi divorate, altre offese dall' humidità, in maniera tale, che con questa congiogendosi gran quantità di polvere: si sono quindi impetriti la maggior parte de i libri, e delle scritture stesse. Per più di dugento pezzi de' originali delle quali importantissime, et al publico spettanti rimaste illese, ho io con somma fatica, et diligenza ricuperate, et offerte divotamente al Serenissimo Principe Francesco Erizzo. Tra quali vi è quella

[1] Bibliothecae venetae manuscriptae publicae et privatae (quibus etc.) opera Jacobi Philippi Tomasini episcopi aemoniensis. Utini, Typis Nicolai Schiratti. MDCL.

autentica de patti nel 1123 di Domenico Michele Doge con Guarimondo Patriarca di Gierusaleme, et Baroni del Regno, et altre non meno degne, De quali tutte, et de libri residui del Petrarca ho formatone gl' Inventarij, et consegnatili l'uno ad medesimo Serenissimo Principe et Eccellentissimo Collegio, l'altro agli Eccellentissimi Procuratori hora viventi Francesco Molino, Gio. Nani Kav^re et Gio. Pesaro Kav^re.» Codex manuscriptus Fortunati Ulmi, ex quo textum hunc citavi, in bibliotheca D. Marci Venetiis asservatur.[1] Sansovinus (Franciscus, 1521—1586), quem Fortunatus Ulmus, loco citato allegat in descriptione sua Urbis Venetae de dono Petrarchae et de curatione librorum suorum per mandatum Patrum amplissimorum urbis adhibita in sequentibus ad lectorem refert: «Considerando quanto habbi ad esser à laude di Dio, e del B. Marco Euangelista, et ad honor et fama, quello ch'è offerto per D. Francesco Petrarcha, la cui fama hoggi è tâta in tutto il mondo, che non si ha in memoria di huomini, che fra Christiani sia stato giamai, ò sia, un Filosofo Morale, et un Poeta, che gli si possa paragonare, sia accettata la sua oblatione secondo la forma della infrascritta polizza scritta di sua mano. Et sia preso, che si possa spendere del Monte, per la casa, et habitatione sua in vita sua per modo di affitto, si come parerà alli Consiglieri, et Capi, ò alla maggior parte offerendo li Procuratori della Chiesa di S. Marco, far le spese necessarie per il luogo doue haueranno ad esser riposti, et conseruati i suoi libri.» Ecce tenor testamenti, ad quem Sansovinus allusit: «Desidera Francesco Petrarcha di hauer herede il B. Marco Euangelista se cosi piacerà à Christo, et à lui, di non so quanti libretti, i quali egli possiede al presente ò che forse possederà. Con questo che i libri non sieno venduti, ne per qual si voglia modo mal trattati, ma sieno conseruati in alcun luogo da esser deputato à questo effetto, il qual sia sicuro dal fuoco, et dalle pioggiè à honor di esso

[1] I. VII, 217, f. 438.

Santo, et à memoria di esso Francesco, et per consolazione, et commodo perpetuo degli ingegnosi, et nobili di questa Città, che si diletteranno di cose tali» etc.[1] Tomasinus in pretioso suo libro «Petrarcha Redivivus» de diversis bibliothecis Petrarchæ et de libris ab eo serenissimae reipublicae Venetae dono oblatis quaedam memoriae prodidit, quae digna sunt, ut hic repeterentur: «Huius vero muneris memoriam publico in aede S. Sepulchri monumento conservari placuit Venetiis. Plures autem Petrarcham habuisse bibliothecas ex ipsius Epistolis côstat. Nimirum in Valle clausa unam, quam filius custodis domus, dum in Vallem latrones irruerent, translatam in Arcem ab impiorum furore liberavit. Alteram Parmae, quam sub Italici Parnassi nomine concelebrat: tertiam Veronae, in qua sub die xxv. Januarii Anno pestilentiae memorabili terraemotum praesensit. Nec Arquadae in Collibus suburbanis hac supellectile destituebatur. Epistolas Ciceronis ad Atticum calamo scriptas è bibliotheca Petrarchæ apud Petrum Victorium ingentis doctrinae virum dilaudat Sebastianus Corradus in Praefatione Scholiorum ad Lectorem. Ex quibus omnibus selectiores Reipublicae Serenissimae donasse jam senio confectum credibile est. Quamquam et bona rariorum pars aliò fuerit distracta, è quibus Aetnam Claudiano ascriptam se vidisse fatetur Lilius Gyraldus de Latinis Poetis dialogo iv. Nec tamen ii Codices in Bibliothecam D. Marci repositi, sed in peculiarem locum trâslati in sacrae Aedis fastigio, apud equos aeneos Plateam versus, ubi commissariae (ut loquuntur) scripturae Procuratorum D. Marci asservantur, propè cellam Abbatis Joachimi. Unde me in eos inquirente Illustriss. Viri et de re litteraria bene meriti D. Benedicti Capelli Serenissimi Francisci Erizzi Ducis ex sorore nepotis indicio, pro summa ipsius vigilantia in lucem producti, inque ordinem ut licuit redacti, providentia Illustrissimorum Senatorum ac D. Marci Procuratorum Francisci Mauroceni, Francisci Molini The-

[1] V. Sansovini lib. «de rebus Venetis».

saurarii, et JOANNIS NANI. Immane vero in ipsos Codices saevierat edax temporis calamitas eo dente, quo theatra, moles, urbes destruuntur. Adeo quicquid heic erat partim in pulverẽ inter manus penè collapsum, partim (dictu mirum) in saxa mutatum. Laudanda heic in primis egregia Cl. D. FORTUNATI ULMI Abbatis Cassinensis diligentia, cui Sereniss. Senatus decreto haec erat commissa cura, ut libellos tenebris eximeret, et eximium PETRARCHAE donum à temporis situ, ac tineis vindicaret. Horum, quos fortuna superstites voluit, Syllabum à viro laudato ad me perhumaniter transmissum curiosis non ingratum spero.

*Missale vetustum in membranis in folio maiori,* in quo non reperitur memoria Conceptionis B. Mariae Virginis.

*Antiphonarium geminum fol. in membr.*

*Psalterium in 8. in membr. et Breuiarium in 8. membr.*

*Praecationes Missae solemnes fol. paruo, membr.*

*Libri Job, et Salomonis Sapientia, Ecclesiastes, et Cantica in 4 magno, membr.*

*Prosperi Aquitani Carmina in 4. membr.*

*Aristotelis Opera, De Physico Auditu, De Caelo, et Mundo, De Meteoris, De Generatione, et de Anima.*

*Virgilij Aeneis in fol. paruo, membr.*

*Horatius de Arte Poetica in 4. membr.*

*Parabola Magistri Arnoldi de Villa Noua scilicet Regulae Generales curationis morborum factae, (ut ipse ait) ad honorem Illustriss. Regis Franciae D. Philippi. Item Canones de Podagra. Item Abbreuiatio Regiminis auctorum. Tabulae. Item liber de Conseruanda Sanitate. Abbreuiatio libri Prognosticorum, ubi et de Crisi. Tractatus Astrologicus pro Medicis.* Quae hodie ad nos pervenerunt omnia Lugd. impressa 1504. et alibi.[1]

*Compendium Medicinalis Astrologiae a Fratre Nicolao de*

[1] Hic ARNOLDUS natus est in *Ville neuve* (in Languedoc), anno 1250. Uti refertur, litteris graecis, hebraicis et arabicis a juvenili aetate magna cum sollicitudine studium navavit. V. lib. STROBELBERGERI «historia monspeliensis» inscriptum.

*Paganica Ordinis Praedicatorum compilatum Anno 1330. in fol. maiori in membran.*

*Liber Logicae Petri Hispani fol. minori in carta.*

*Fratris Guidonis Respiniani Carmelitani Quaestiones de Anima.*

*Liber de partibus Orationis, quatenus praedicamentaliter tenetur à Magistro Spergilo Gambellato Papiensi compositus Anno 1319. fol. membr.*

*Quodlibeta Aegidij.*

*Alphabetum Persicum, Comanicum, et Latinum Anonymi* scriptum Anno MCCCIII. Die XI Julii. Cuius libri initium est tale: *In nomine Domini Jesu Christi etc.* Haec sunt prima verba et nomina de litera *A.*

Audio — Mesnoem. — Esiturmen.
Audis — Mesnoy. — Esitursen.
Audit — Mesnoet. — Esitir.

*Liber Marchianae Ruinae* qui continet bella Anni 1338. quo Sereniss. Reip. Venetae accessit Urbs Tarvisium. Cuius principium est.

*Audiat aure trucem cordis pietate ruinam*
*Lector, et innumeras populi quas Marchia clades*
*Commissas depressa tulit sub tempore tetro:*
*Quo iuuenes tenuere Duces fulgentia sceptra.*

Finis:

*Ut placida te pace regat Rex usque supernus,*
*Dum spires: Requiem tandem tibi praestet amoenam.*

Auctoris nomen hoc disticho in calce libri exprimitur:

*Gente Ligur, Patria Ambrosij sum fertile nomen,*
*Est mihi stirpsque Ceres, mea spica est apocopata.*»[1]

FRANCISCO PETRARCHÆ crebra in negotiis diplomaticis itinera et frequens cum doctissimis et summis suae aetatis viris litterarum commercium optimam procuraverunt occasionem bibliothecam suam rarissimis cum libris augendi. Jam in juvenili

[1] «PETRARCHA redivivus.» Patavii, MDCL. Pag. 71, 72, 73.

aetate graecas litteras hausit et Bononiae studiis antiquitatis diligenter operam dedit. Homeri opera, quemadmodum vates ipse in litteris ad Nicolaum Sigerum scriptis ait, de ultimis Europae finibus sibi dono oblata gratissimo et laeto animo accepit. Inter amicos, quos maxime coluit, nonnullos Januenses habuit et nihil mirum, si ab uno eorundem codicem cumanicum Europae ultimis per missionarios quosdam conscriptum e possessione Antonii de Finale liguris sibi acquisivit. Codicem enim nostrum cumanicum, uti pag. 156 annotatur, per quosdam annos Antonius de Finale possidebat, cujus familiam, uti mihi doctissimus vir Cornelius De Simoni archivi S. Georgii secretarius perhumaniter communicavit, e Liguria originem duxisse constat. Utrum Petrarcha codicem cumanicum ab ipso Antonio de Finale, an alio quodam e numero amicorum Januensium acceperit, minime liquet, sed unum hoc testibus adductis constat, codicem paulo post Antonium de Finale in possessionem Petrarchæ pervenisse. Non solum testes adducti, sed ipse codex assertionem nostram diserte comprobat, pag. enim 127 et 137 quaedam fragmenta poeseos italicae reperiuntur, quorum character secundum opinionem nonnullorum virorum doctorum italicorum, inprimis Attilii Hortis bibliothecae Tergestinae clarissimi praefecti magnam cum Petrarchæ manuscriptis autographis similitudinem prae se fert. Sed non solum character scripturae, verum modus partes orationis contrahendi, orthographia et vocabula ipsa auctorem fragmentorum magna cum probabilitate Petrarcham fuisse demonstrant, eandem enim contractionem et orthographiam in his fragmentis observamus, quae in autographis celeberrimi vatis, e. g. in codice vaticano liv occurrunt. Denotatio litterae *i* per *y* in vocabulo *may* primi fragmenti et in *costey* et *sayta* secundi optimer espondet scriptioni *ymaginar, ymagine* codicis praedicti autopraphi[1] et contractio *larcho* secundi fragmenti etiam in codice vaticano saepenumerò reperitur. *Larcho*

[1] Pag. xiv.

*de la sayta* nostri secundi fragmenti plane stilum poeticum clarissimi vatis redolet. Hic tamen annoto, in cod. vaticano constanter *saetta* occurrere, sed hoc quantum video, nihil impedit quominus PETRARCHA in suo fragmento formam antiquiorem scribere potuisset, scimus enim poetas omni tempore contra praecepta auctoris epistolae «de arte poetica» nonnunquam formas obsoletas adhibuisse.

Mirari non desino doctissimum abbatem JOSEPHUM VALENTINELLI, qui per multos annos bibliothecae ad templum D. MARCI Venetiis summa cum laude praesedit, contra auctoritatem FORTUNATI ULMI et TOMASINI, qui ambo res litterarias serenissimae reipublicae Venetae optime noverunt, in dubium vocare collectionem librorum a PETRARCHA reipublicae dono oblatam Venetias unquam pervenisse.[1] Optime scimus, POGGIUM[2] de libris PETRARCHAE asserere eos «post eius mortem partim divenditos partim pluribus distributos fuisse», sed etiam hoc notum est PETRARCHAM post annum 1362, quum libros suos serenissimae reipublicae donavisset, usque ad mortem XII annos vixisse, quo longo tempore clarissimum vatem suam collectionem continuasse et talibus quoque codicibus auxisse, quorum anteriora exemplaria serenis. reipublicae donaverat, credibile est. Assertio POGGII certe ad libros a PETRARCHA paulo ante mortem acquisitos spectat, de quibus possessor adhuc non disposuit. Si PETRARCHA anno 1370, quum extremum voluntatis documentum exhibuit, bibliothecae serenissimae reipublicae donatae causa inquieto fuisset animo, certe indubiam hac in re expressisset voluntatem, in hoc enim documento, de omnibus rebus, quae ei tunc curae fuerunt, diserte disposuit. LEIBNITIUS (1646—1716) optime novit, codicem cumanicum PETRARCHÆ in bibliotheca D. MARCI superesse et de hac re ita scripsit: «Vidi catalogum Librorum PETRARCHAE, ubi inter alios Libros conspiciebatur Dictionarium Lingvae Cumanae, sed in hoc indagando frustra

[1] V. Bibliotheca manuscripta ad S. MARCI Venetiarum. MDCCCLXVIII.

[2] Opp. var. pag. 276.

laboravi.»[1] Maxime interesset scire, quemnam viderit LEIBNITIUS catalogum, utrum brevem TOMASINI conscriptionem librorum PETRARCHAE, an aliam uberiorem. Mihi hoc ultimum probabilius videtur, nam LEIBNITIUS explicate «catalogum» scripsit. Alio loco[2] portentosus polyhistor addidit: «Semper mihi suspicio fuit, posse in aliquibus Daciae angulis aliquas superesse reliquias Lingvae Cumanae. Nam Cumanos saeculo XIII. Rex Hungarorum recepit, habitationemque iis concessit; etsi postea, quum bellum Tartaricum ingrueret, pro maxima parte fuerint deleti. Cumani autem videtur se se ab Hungaricis Ditionibus ad Pontum Euxinum porrexisse.» Spes LEIBNITII dubitanter expressa LV annis post mortem ejus ad exitum venit. Quum enim legatio Cumanorum et Jazygum ex Hungaria Viennae coram regina MARIA THERESIA adfuisset, ADAMUS KOLLARIUS, vir in linguis orientalibus versatus, invitans legatos, domi ab uno eorum, STEPHANO VARRONE, orationem dominicam in lingua cumanica audivit. KOLLARIUS linguae turcicae peritus illico idioma orationis, turcicae originis esse agnovit et de hac re OLAHUM, THUNMANNUM et alios certos fecit. THUNMANNUS in «Actis societatis Jablonovianae» de reliquiis linguae cumanicae in Hungaria disputans annotavit, ultimum linguae cumanicae gnarum in Hungaria eundem STEPHANUM VARRONEM fuisse, a quo KOLLARIUS orationem dominicam cumanicam audivit, addiditque sermonem cumanicum cum morte VARRONIS interiisse.[3] VARRÓ certe orationem dominicam et alias quoque preces breves cumanicas memoria tenuit, sed id quod THUNMANNUS dixit, eum linguae cumanicae peritum fuisse, argumentis confirmari non potest, immo peritia VARRONIS in lingua cumanica praeter orationem dominicam angustis salutationum cancellis circumscripta fuisse videtur. Post LEIBNITIUM noster CORNIDES fuit primus, qui codicem cumanicum Marcianae in memoriam doctorum reduxit eum in sequentibus

[1] GOTHOFREDI GUILLELMI LEIBNITII, Opera omnia. Genevae, 1768. 4° Tom. VI. Pars 2. Pag. 188.

[2] Tom. V. Pag. 224.

[3] Lipsiae, 1774. 4-to. Tom. IV. Pag. 188.

breviter ita describens: «Decennium circumactum est,[1] exquo Venetiis in comitatu Ill. D. Josephi e S. R. J. Comitibus Teleki de Szék etc. Heri Mecaenatisque mei indulgentissimi fuerim versatus. In Bibliotheca S. Marci offendi Codicem Ms. in 4-to hoc modo signatum: Codex dxlix Arm. *E.* 1. Prima Codicis pagina his verbis erat inscripta

mccc° iii° die xi Julij

In n̄ne Dn̄i n̄ri ĩhu Xp̄t et Beatae Virginis Mariae Matris ejus et omnium Sanctorum et Sanctarum Dei Amen.

Ad honorem Dei et Beati Johannis Evangelistae. In hoc Libro continentur Persicum et Cumanicum Alphabetum.

Haec sunt Verba et nomina de littera *A*.

| Cumanica | | Turcico Tartarica | |
|---|---|---|---|
| *Mesnoem esiturmen* | — | *mesmu* | — audio, audivi |
| *Esitu'rmen* | — | *isidurum* | — audio |
| etc. usque ad vocem *Atlan* | — | *atlan* | — equita». |

Cornides, uti ex his paucis excerptis videri potest, formas quoque persicas, saltem primam vocabularii formam persicam et ejus conjugationem pro cumanicis habuit, *mesnoem* enim juxta *esiturmen* sribens eam quoque formam sub inscriptione «cumanica» collocavit et cum forma turcico-tartarica *mesmu* (sic!) comparavit. Pro forma aoristi secundae personae *esitursen* perperam *esitu'rsem* (cum *m* in fine) sripsit super vocalem *u* nescio quam ob rem *e* apponens et cum prima persona aoristi loco formae turc. or. *išitirmen* vel *ešetirmen* formam imaginariam *isidurum* comparavit, in qua scribendi ratione etiam hunc errorem commisit, ut pro tenui mediam consonam scriberet. Paulo longiori temporis intervallo Cornides certo codicem attentius perspexisset et non dubito, etiam de secunda ejus parte docte, uti solebat, disputavisset! Haec pauca excerpta et quaedam alia in dissertatione sua manuscripta «Commentatiuncula Hist. Critica de Cumanis»[2] inseruit, quae initio hujus seculi in domo

[1] anno 1770.

[2] §. 14. III.

viduae comitis JOSEPHI TELEKI in pago SZIRÁK asservata erat. Illustris cultor litterarum hungaricarum ARANKA commentatiunculam praedictam vidit et ex hoc fonte PETRO HORVÁT egregio historico ab eo de hac re sollicitus excerptorum saltem initium communicavit. Facere non possum, quin quaedam ex littera DANIELIS CORNIDES ad doctiss. GEORGIUM de PRAY (Vindobonae, d. 14 Febr. 1773) hoc loco inseram: «Egregia plane sunt, et reconditae eruditionis, quae de Chunis Cumanisque mecum communicasti. Qua in re, quod mihi sis gratificatus, multum TIBI debet. Haud pauca eorum, quae disputas doctissime, in usum meum convertere potero, quamquam in nonnullis a Te dissentiam. Non vacat nunc vagari longius, omniaque monumenta abs TE allata discutere sigillatim: quare perbreviter summa tantum attingam capita. Chunos sub S. LADISLAO COLOMANNOQUE, et Cumanos sub BELA IV sequutisque Regibus, unam omnino eandemque gentem esse, firmiter mihi persuadeo. Illi cum ARPADE in Pannoniam illapsi, Valachiam, Provinciam Temesiensem, orientalemque Transilvaniae oram, obtinuere: hi, anno 1221 in Moldaviam, exactoque vicennio, anno nempe 1241 ex Moldavia in Hungariam immigrarunt. Scio, Russicos annales Makarienses tradere, adscitos ab OSKOLDO et DIRO, duobus Waraegis, in societatem armorum Cumanos quoque; sed Cumanos eos diserte vocant Russos, quod mihi non videtur verosimile. Quae porro de Cumanis eiusdem cum Chazarorum gente, originis, addis, perbelle quidem cum Systemate Schlözeriano consentiunt; mihi tamen, fateor, non arrident usquequaque. Chazaros non inficior Magyarorum cognatos fuisse, nec linguae inter utrosque, nisi forte Dialecti, intercessisse discrimen, puto; Cumanos tamen Chazaris accensendos esse, vehementer ambigo. Meas dubitandi rationes TIBI alia opportunitate, si jusseris, edisseram. Nomen Chazaricae urbis SARCHEL existimo Graecis detortum esse ex *Szár-hely*, quod *album locum* sonat.[1] *Szár* enim obsoletum vocabulum

[1] Apud CONSTANTINUM PORPHYROGENITUM ἄσπρον ὁσπίτιον. Vox *sarig*, *sari*, *sara*

Hungaricum est, album notans; quod clare ostendere possem, si ferret id institutum meum. Evanuit huius vocabuli usus, nec nisi in voce composita *szár-lábú* superest, quod de equis *albos pedes* habentibus hodieque usurpatur. DELISLIUS Sarchel illud Constantini urbi BIELOGROD adaptat; ego malim BIELAWECZ substituere. Nitor autem auctoritate Nestoris, qui civitatem BIELAWECZ diserte Chazaris attribuit. Rubruquisium, Plancarpinum, Vincentium Bellovacensem, Bacconem, Haitonum legi; hi tamen Cumanos, si quid mihi cernere datur, sollicite a Gazaris, hoc est Chazaris, distinguunt.

Quae de lingua Cumanorum Hungarica disputas, elegantia sunt, miroque excogitata ingenio; mihi tamen non satisfaciunt. Diuersum enim Cumanorum fuisse sermonem a Hungarico, praeter Rogerium, alia quoque eius aetatis monumenta loquuntur. Possem omnino nubem testium proferre, qui uno ore Cumanos perhibent Tartaros Kipzacos fuisse, linguamque Cumanicam Tartaricae Dialectum; certiori tamen utar argumento, planeque tali, quod vim afferat. Triennio abhinc incidi Venetiis in Bibliotheca S. Marci in Codicem Ms. in 4to, anno 1301 (sic!), si bene memini, exaratum, atque linguae Cumanicae Vocabularium, vocumque Cumanicarum Declinationes Coniugationesque tradentem. Ex indultu Cl. Antonii Zanetti, Bibliothecae Praefecti, exscripsi ex eo codice vocabula bene multa, et aliqua Declinationum Coniugationumque Paradigmata, comperique, linguam Cumanicam a Hungarica, Slavonica, Germanica, caeterisque linguis Europaeis toto coelo differe. At quoniam aduersaria illa mea in Transilvania reliqui, specimen linguae Cumanicae ex meis aduersariis deponere nunc non possum. Opportune tamen accidit, ut a celeb. Kollario acciperem his diebus Orationem Dominicam veteris linguae cumanicae, sibi a viro quodam inter Cumanos spectatissimo submissam, prout ea in scholis Cumanicis hodieque memoriae caussa

in diversis dialectis turcicis flavum significat (cf. hungaricum *sárga*). Quod ad formam *kel*, cf. mongolicum *ger* «domus», «familia», hungaricum *hely* «locus», turcicum „*il*“ «regio». Editor.

recitari a pueris solet. Voces plerasque ex Turcico Tartaricoque mihi commode explicuit Cl. KOLLARIUS, ut est harum linguarum peritissimus. Initium ita habet: *Bézám attamász kenze kikte* etc. quod significat: Pater noster, qui es in coelis etc.

De Chunis Ptolomaei nihil habeo quod dicam. HYNOS pro Chunis esse ab aliquibus repositos, inde factum puto, quod Librarii nonnulli elementum asperum *ch*, in spiritum lenem *h* transmutantes, HUNI pro CHUNI scripserint et ex eo Οὖνοι postea factum, facili admodum aberratione. Praecipuus Codex Ms. Graecus Ptolemaei membranaceus, e Bibliotheca Matthiae Corvini Regis in Augustam translatus, qui inter Codices graecos Mstos Historiae profanae Numero I-mus est, quemque dedita opera inspexi, diserte habet: χούνοι.» Litterae CORNIDIS ad GEORGIUM de PRAY, quae copiosum eruditionis fontem occludunt, in bibliotheca universitatis regiae Budapestinensis asservantur et jam diu futurum eorum editorem expectant.

Principissa KOLTZOFF MASSALSKY, filia principis MICHÆLIS GHIKA (Dora d'Istria), femina omni laude dignissima, cujus nescio utrum ingenii aciem an doctrinae magis admirer ubertatem, in dissertatione, quam inscripsit «Russes et Mongols» codicis nostri praestantia optime intellecta haec verba edidit: «Un vocabulaire persan-latin-kouman, qui existe à la MARCIANA de Venise, prouve que les Koumans parlaient un dialecte turc ; mais on est porté à croire que chez eux le sang turc était mélangé de sang ougrien» (vid. «Revue des deux Mondes», 15. Februarii, 1872).

Antequam primum prolegomenorum capitulum absolvam, de exteriori codicis habitu, foliorum numero et signatura dicam. ANTONIUS ZANETTUS in catalogo bibliothecae divi MARCI codicem cumanicum ait 62 foliis constare, sed in hac re clarissimus praefectus haud recte vidit, nam totus codex foliis 82, videlicet paginis 164 constat. Recentiori tempore codici ligaturam corroborandi causa duo adhuc folia vacua affixerunt. Ligatura codicis coriacea praecedentis seculi opus esse videtur. Stemma serenissimae reipublicae Venetae super adversam et

aversam cooperimenti partem in corio ipso impressum cernitur et super primi folii adversam et ultimi folii aversam stigma bibliothecae nationalis Parisiensis («Bibliothèque nationale») videri potest. Imperator enim NAPOLEONUS primus hunc quoque codicem cum aliis thesauris bibliothecae D. MARCI Parisios transportari jussit, unde post aliquot lustra Venetiis tandem restitutus fuerat.

Ecce praesens Codicis signatura:

DXLIX.

Arm. LXXXV.

C. 8°

CORNIDES, uti vidimus, paulo diversam Cod. signaturam dedit, scilicet:

DXLIX.

Arm. *E.* I.

Inde perspicimus, codicem nostrum post ejus felicem restitutionem bibliothecae D. MARCI in alio armario reconditum fuisse, quare quum anno 1873 praefectus bibliothecae ejus temporis doctissimus abbas VALENTINELLUS codicem mei gratia ope antiquioris signaturae perquireret, eum reperire difficulter potuit. Sub praesenti praefectura viri summae doctrinae et humanitatis, clarissimi J. VELUDO novus codicum orientalium catalogus auspicatissimum exordium cepit et spes nos tenet, novum illum catalogum jam in proxima expositione Parisiis in conspectum vulgi datum iri.

## II.

JULIUS KLAPROTHUS (1783, † 1835), vir in vastissimo dominio linguarum orientalium extensae eruditionis, cujus sane multos et graves errores aetas nostra detexit et ad emendationem eorum studiose animum instituit, sed cujus vere conspicua merita grata nondum memoria praedicavit, cum editione glossarii cumanici statum quarumdam quaestionum historicarum et philologicarum multum promovit. Vir summae eruditionis GUILLELMUS SCHOTTUS

in dissertatione sua «de Uiguris» KLAPROTHUM defectuosam notionem linguae persicae et dialectorum turcicarum habuisse perspicue comprobans quaedam suae versionis ex hisce linguis specimina adduxit. KLAPROTHUS celeberrimum ABULGHASIUM germanice interpretatus formam بارچاسی «universitas eorum» بارچەسی «pars eorum» legit et ita interpretatus est atque sequentem ejusdem auctoris textum تقی اون اویغور اوروقندن منکوتای اتلیق کشی نی خان کوتاردیلر «postea decem tribus uiguricae virum MANGUTEJ appellatum (sibi) in principem elegerunt» perperam hoc modo vertit: «On-Uigures ex ipsorum genere heroem MANGUTATI principem fecerunt» etc. Doctissimus SCHOTTUS et hoc KLAPROTHO exprobrat, eum notissimas voces persicas et arabicas *bâzâr* «mercatus», *šagird* «discipulus», *beden* «corpus», *chazine* «thesaurus», *taife* «familia» pro turcicis vel tartaricis habuisse.[1]

Quid multa? Plurimas enim in hoc capitulo habebimus opportunitates KLAPROTHI vitiosas lectiones et falsas interpretationes digito demonstrandi, namque certo linguae persicae et turcicae peritus paginas vocabularii a KLAPROTHO editi perlegens eas maximopere mendosas reperiet. Etiamsi lector codicem originalem sub oculis non habeat, tamen editionem illam mendosam esse facile observabit. Nihilominus nos editori gratias referre aequum est, ille enim cum hoc suo opere quaestionem linguae cumanicae tandem resolvit et attentionem nonnullorum virorum doctorum in codicem nostrum studiumque linguae cumanicae convertit.

KLAPROTHUS, uti ipse refert in prooemio editionis suae,[2] librum TOMASINI «*Petrarcha* redivivus» inscriptum obiter adspiciens in titulum codicis cumanici «Alphabetum persicum, comanicum et latinum» forte incidit atque statim affectus desiderio codicis amicum suum SALVI Venetiis per epistolam adivit eum sollicite rogans, ut sibi copiam vocabularii quam primum Parisios mittat. SALVI postulato lubenter indulguit et copiam per

[1] V. «Zur Uigurenfrage» von W. SCHOTT. Berlin, 1874.

[2] Mémoires relatifs a l'Asie, contenant des recherches historiques et philologiques sur les peuples de l'Orient, par M. J. KLAPROTH. T. III. Paris, 1828.

amanuensem quendam confici curavit, eamque anno 1824 KLAPROTHO misit. Habet haec res admirationem! KLAPROTHUS copiam optimam esse existimavit et de hac re in prooemio praedicto ita scripsit: «M. SALVI eut la bonté de s'adresser à un des bibliothécaires de Venise, et de le prier de rechercher le manuscrit, et d'en faire tirer une copie. Ce savant, dont j'ignore malheureusement le nom, s'est acquitté de cette commission avec *une grande exactitude*, et je recus la copie de ce monument précieux au mois de novembre 1824.»[1] Quicunque studia linguae persicae et turcicae leviter tantum attigit, copiam KLAPROTHI, qualem ex ejus editione novimus, certe pro mendosa habebit, etenim in multas incidet formas, quae naturae et indoli harum linguarum neutiquam respondent. Nemo est, qui codicem cumanicum a missionariis extraneis conscriptum absque mendis esse existimet, at editio KLAPROTHI talia quoque menda continet, que copistam ignarum linguae persicae et turcicae evidenter ostendunt, pars enim magna eorum non tantum ad orthographiam refertur, in qua saepenumero scriptores codicis a genuino pronunciatu multum aberraverunt, sed dubio procul imperitiam putam arguit. Impossibile est credere omnia haec menda solum lapsu calami orta fuisse, quamobrem mirari non desino, KLAPROTHUM in lingua persica et turcica ad suscipiendam editionem hujus generis satis versatum copiam suam bonam et correctam existimasse, pariter miror lectiones quasdam vitiosas, quas facile emendare posset, non emendasse et alias, quas emendare vellet, ad genuinam formam reducere nequaquam potuisse. Ceterum codex etiam talia menda continet, quae nec peritissimus sermonis persici et turcici, si ope exemplarii originalis destitutus sit, concinne emendare possit. Codex noster in parte sua turcica dialectum cumanicam ostentat et ideo nonnullas proprietates continet, quas solum is noverit, qui totum codicem diligenter perscrutatus sit. KLAPROTHUS, uti notum est, codicem cumanicum originalem nunquam sub oculis habuit et de secunda

[1] P. 120.

ejus parte, in qua quidam longiores textus cumanici continentur, nihil novit, quamobrem in iis saltem rebus, quae a cognitione proprietatum dialecti pendent, quodammodo excusari potest. Vir in litteris orientalibus summae eruditionis, clarissimus Otto Blau, qui studiis turcicis cum publicatione grammaticae et textuum dialecti bosniacae novos fontes aperuit, paulo ante quasdam formas vocabularii a Klaprotho editi procul a codice originali solo subsidio conspicuae doctrinae in sua dissertatione «de stirpe et lingua Cumanorum» emendare constituit. Et in hac quidem re pars tentaminis successit, veruntamen quaedam codicis vocabula ipse doctissimus Blau ad genuinam formam cumanicam, qualem in codice videmus, reducere minime potuit. Blau formas a Klaprotho editas *munurmen, meninumdem, mungul* «balneo aliquid», «balneavi», «balnea» in codice originali ita scriptas existimans eas cum verbo chivaico *manmak* «humectare» comparavit, sed quod Blau scire non potuit, in codice loco earum haece formae *iuunurmen, iuundim* et *iuungul* leguntur, quae manifesto cum nomine adj. turcico orientali *jokum, jogum (jovum, jum)* etc. «mollis, e» consentiunt, cf. uiguricum *junmak* pro *jukïnmak, juvïnmak* «se lavare» et čagataicum *jumak* «lavare».[1] Blau formam a Klaprotho editam *usetarmen* a radice *ys* derivatam dicit, sed in codice originali *us etarmen, us ettim, us et* legitur, quae formae non derivatione, immo compositione ortae sunt et conjugationem verbi persici ترکردن «madificare» optime interpretantur (از ایتماك «madidum facere»). Blau locutionem *conġul adirgamach* cum *ečini adarmak* comparavit, at codex formam *ačirgamach* habet, idem formas a Klaprotho editas *cordum, corgil* ad analogiam bosniaci *kovmak* in *covdum, covgil* emendavit, at codex originalis formas *coydum, coygil* exhibet. Blau formam a Klaprotho editam *orlas* in *otlas* emendavit, at codex formam *orlas* habet, quae verbo turcico or. اورلاماك «ascendere» optime explicatur. Formam a Klaprotho editam *colmac*

[1] V. «Monumenta uigurica» doctissimi Vámbéry (Innsbruck, 1870), pag. 248 et ejusdem glossarium čagataicum (Lipsiae, 1867).

Blau cum turc. or. قولماغ «armilla» comparavit, at codex *culmac* habet, cujus vocis significatio in columna latina v. «beffa» explicatur, «beffa» vero apud Du Cangium jocum significat, quamobrem forma cum. *culmac* cum kazanico *kölkö* eandem habet significationem. Blau secundum Klaprothum vocem *cum* adducit, sed in codice originali *cū* reperitur. In codice non «stupas», sed *stupa s.*, id est *stupa setae* legitur. Blau editionem Klaprothi sub oculis habens formam cumanicam *teriton* v. latinae «foratura» respondere existimavit, at in columna latina codicis ei «penna» respondet, quae vox in latinitate medii aevi «pellem» significabat. Alias formas mendosas Blau quamquam pretiosissimo codice originali destitutus, tamen optime emendavit et in hac quoque re clarissimum admirabilis eruditionis specimen dedit. In editione Klaprothi locus quarundam vocum permutatus est, ita pag. 227 voces *chamir, etmac, chirda* in sequenti ordine apparent:

| | | |
|---|---|---|
| «farina». | *ard.* | *chamir.* |
| «pasta». | | *etmac.* |
| «panis». | *nan, ard.* | *chirda.* |
| «turta». | *turt.* | *chirda.* |

Doct. Blau rectum ordinem, qualem in codice reperimus, in sequentibus optime reposuit:

| | | |
|---|---|---|
| «pasta» | | *chamir* |
| «panis» | | *etmac* |
| «turta» | | *chirda.* |

Ecce ordo codicis:

| | | |
|---|---|---|
| «farina» | | |
| «pasta» | *ard* | *chamir* |
| «panis» | *nan, ard* | *etmac* |
| «turta» | *turt* | *chirda* |
| «fugatia» | | *chirda* |

Blau formas mendosas editionis Klaprothi *algerle, ethindu, bamsac* in *algesli, echindi, bašmac* correxit et revera codex *algesli, echindu, basmac* habet.

Blau in dissertatione[1] praedicta id tantum agere instituit, ut conspicuum editionis Klaprothi emendandae quodammodo exemplum statueret, non totum vocabularium a Klaprotho editum, sed partem tantummodo tractavit, eamque non solum emendare, sed etiam cum respondentibus formis dialectorum turcicarum comparare consituit et in hac re de originibus nunnullarum glossarum cumanicarum totaque etymologia dialectorum turcicarum eximiam meruit laudem. Nunc vidimus, quid vir dialectorum turcicarum peritissimus, etsi codice originali destitutus erat, solo ingenii et eruditionis subsidio perficere potuerit, et jam nunc videamus, quomodo Klaprothus, qui codicem illum non magis quam Blau inspexerat, institutum suum ad exitum perduxerit. Comparemus igitur primam editionis Klaprothi paginam cum codice originali! Antequam initium editionis Klaprothi producamus, inscriptionem codicis originalis comparationis causa hic apponemus. Ecce initium:

«MCCCIII die XI luly

In noîe dnj Nri ihu χr̂ et Bte Vgis Marie Mats eî et omium Scor et Scar dei Amen.

Ad honorem dei et Bti Johis euangeliste.

In hoc libro cõtiẽntur prsicum et comaîcum p alfabetum:

Hec sunt Vẽba et noîa de litâ. *A.*» Vocabularium a Klaprotho editum ita incipit:

«MCCCIII die XI. Julii

In nomine Domini nostri Jesu Christi, et beatae Virginis *Matris ejus Mariae* et omnium sanctorum et sanctarum Dei. Amen.

Ad honorem Dei et *sancti* Joannis evangelistae.

In hoc libro continentur *persianum,* comanicum per alphabetum.

Haec sunt verba et nomina de littera *A.*» Itaque jam ipsa inscriptio glossarii in editione Klaprothi codici parum respon-

[1] «Ueber Volksthum und Sprache der Kumanen». Z. d. D. M. G. Tom. XXIX. Pag. 556—587.

det. In pag. prima editionis formae sequentes a respondentibus codicis discrepant: 1. *mesnoti* pro *mesnoit* 2. *esiturmen* pro *eziturmen* 3. *esitursem* pro *esitursen* 4. *esitir* pro *esitur*. In pagina secunda haece formae discrepant:

| apud KLAPROTHUM | in codice or. |
|---|---|
| 1. *mesnidam* | *mesin(.)dem* |
| 2. *mesnidi* | *mesinidi* |
| 3. *mesnid* | *mesinid* |
| 4. *sinida budem* etc. | *sinadabudim* |
| 5. *esituruedi* | *esiticedi* |
| 6. *esitkasem* | *esitkᵃ'sen.* |

Sed haec discrepantia plerumque orthographiam attinet. Nunc videamus exempli gratia quasdam formas, quae apud KLAPROTHUM plane aliter scriptae reperiuntur, quam in codice leguntur. In capitulo codicis «hec sût tempora» voci latinae «prima» apud KLAPROTHUM forma *A octi* respondet, at codex *aš octi* habet, id est اش وقتی, proprie «tempus edendi», — formis *ethindu chiude* apud KLAPROTHUM in cod. *echindu. chindä*, id est ایکندی, کیندا respondet («postmeridies»), cf. کین «pars posterior», «postea», — v. *heft* editionis K. in cod. *jeti* (cf. hungaricum *hét* «septem», «hebdomas»), — *ayda* editionis K. in cod. *ayna*, — *apec ay* KLAPROTHI in cod. *asuc ay* respondet. In capitulo «Noīa rêr que p̄tinêt Deo et ad s̄uiendū ey» sequentibus formis editionis KLAPROTHI *algerle, ima, barxlic, tengri soumachig, ycrar bermac*, vel *yalbarmac, juldurs* in codice originali *algesli, ömäd* (cf. kazanicum *ömöt* «spes», persicum امید), *baxlic, tengri soumacligu, yasuc aytmac* yrar bermac, *oro yalbarmac* (id est: «oratio» *yalbarmac*), *juldus* respondent. KLAPROTHUS, uti vidimus, nonnunquam rectum vocabulorum ordinem invertit, tametsi ordinem glossarum persicarum et turcicarum ad normam interpretationis latinae dirigere potuisset. Glossarum germanicarum unam partem KLAPROTHUS haud recte intellexit, alteram ne edidit quidem, ita loco *ich sye, ich sey* «culo», «culavi» monstruosas formas *idjsye, idjsey*, loco *volbrengūge* «perfectio» *vel bregunge* scripsit syllabam *vol* conjunctionem disjunctivam linguae

latinae «vel» existimans. In editione KLAPROTHI hae glossae germanicae plane desiderantur: 1. pag. 158 (post gerundium *byenip biip) schrekin (? de)* «tripudians», cf. verbum germ. med. ae. *schrëckin* «salire» 2. pag. 234 *ich taste* 3. pag. 236 (juxta formam *koymič*, apud KLAPROTHUM *koynne) der ars beyn* 4. pag. 254 *ich*. Amanuensis KLAPROTHI non solum glossas praedictas germanicas, sed etiam haud paucas voces persicas, cumanicas, latinas conscribere omisit, ita in capitulo adverbiorum sequentes formae editioni KLAPROTHI plane desunt: 1. «breviter», *xu, terclap* 2. *hess* 3. *kimningtur* 4. «cotidianum» *kundegi* 5. *ertä čakta* 6. *čeuh* («dulciter») 7. *saarlap* 8. *kopgadeyri* («diu», cf. turcum or. كوپ «multum») 9. *yumsak* 10. *anig učun* 11. *jalganlap* («false») 12. *ourum* ul̄ *ourula* («furtive») 13. *berklep* («firmiter») 14. *katirap* («fortiter») 15. vl̄ *cönuhälä* («fideliter») 16. *auŭrsibile* l̄ *horn* ... (cf. vocem arabicam *hürmet* «honorifice») 17. *kiczi congulu bile* («humiliter») 18. *„h$^{u}$ca“, merc* ul̄ *uanay, uay* 19. vl̄ *jmdi* 20. ul̄ *jana* («iterum») 21 i. m̂. (id est «in medio») *ekinig katnig harassinda* «inter» (id est «in medio duorum laterum») 22. «nunquam», *gharghix, hårchis hergys*. In editione KLAPROTHI non solum voces, sed etiam nonnullae dictiones breves latinae et cumanicae desiderantur, e. g. 1. pag. 175: «homo letaē cum h̄ deo famulāe» (id est «homo letare cum homine deo famulare», in qua dictione loco formarum deponentium formae verbi activae usurpantur) 2. pag. 193: «induas bracam tuam» *conče-kūgni kijgil* 3. pag. 194: *bu kicze ciu (?cim) k(.)r(y)f bulgac bold(i)* «(hic) homo (qui) depravatus fastidiosus est» 4. pag. 195: «qŝ fet̄» *kim sasir* 5. ultima pagina vocabularii «d̄ dūs ps̄ (nŝ) hereditatis tue fac alias», id est «dominus Deus participes nos hereditatis tuae fac alias . . . .». Voces notissimas turcicas KLAPROTHUS aliquando pro persicis vel arabicis habet, ita vocem turcicam *jarli* «pauper» cum arabico غريب et adverbium *terc* «cito» (cf. čagataicum *tirik*, kazanicum *tere)* cum vogulico *torka*, finn. *terwekh* comparavit; est operae pretium, ut KLAPROTHI hanc ultimam comparationem cum ipsius verbis annotemus: «la racine de ce mot se retrouve dans le mongol *tourgen*, dans le yakoute

*turgnae*, dans le vogoul de Verkhotourie *torka*, dans le finnois-carélien *terwekh*, et dans le cornevalis *stirk*» (pag. 192). Ecce audacem comparationem! KLAPROTHUS dialectis linguae cumanicae affinibus omissis ea procul quaerit, quae prope reperire poterat. Ex magna falsarum comparationum abundantia paucas tantum producemus 1. formam *turlij* KLAPROTHUS pag. 157 editionis suae, quam falso *turhj* edidit, cum arabico طَرَزٌ comparavit, at eadem ipsa vox etiam in diversis dialectis turcicis usurpatur, ita in dialecto turc. occidentali sub forma *dürlü* et genuinae originis turcicae esse videtur, radix enim *tor, tör* in dialectis turcicis proprie formam significat, e. g. نی تور «qualis, e», cf. mongolicum *törö* «consvetudo», «lex», proprie «modus vivendi», — manguicum *doro* «via», «regula», «ordo», «consvetudo», «lex» et «ritus»,[1] — hungaricum *törvény* «lex» 2. KLAPROTHUS vocem turcicam *jagï* «pugna» e lingua persica deprompta dicit, at vox «pugna» in lingua Persarum جنك et non *jagï* sonat, *jage* vero cumanicum optime cum uigurico *jakïlamak* «hostile esse» convenit, nimirum originem a voce یاقین «prope» sumsit 3. KLAPROTHUS paginis 165, 166 editionis suae vocem cumanicam *techsir* cum arabico تغییر (quod perperam *toghiir* transcripsit) comparavit, at haec forma cum verbo turcico orientali *tekišmäk* comparanda erat 4. vocem *moghor* «sigillum» cum arab نُقْرَةٌ «liquatum aurum argentumve et pars ejus» contulit, at vox *moghor* voci مهر respondet, quae in dialecto osmanica sigillum significat, cf. مهر قومق v. مهر بصمق v. مهر اورمق «sigillare» et osmanicum مهرلمك idem, مهرلو «sigillatum» 5. cumanicum *nema* cum arab نَعْمَةٌ contulit, at vero cum turc orientali نیمه. «res» conferre debebat, v. apud PAVET de COURTEILLE نیمم «res mea» («ma chose, ce qui est à moi»). KLAPROTHUS saepenumero formas ab eo «sibericas» dictas adducit, ut voces cumanicas cum eis comparet, equidem formis inspectis nescire me fateor, quid KLAPROTHUS sub denominatione «siberica» intelle-

[1] «Sse-schu, schu-king, schi-king» etc. Herausgegeben von H. C. von der GABELENZ. II. Heft. Wörterbuch. Leipzig, 1864.

xerit, formae enim ab eo adductae et arabico charactere scriptae nihil fere proprii dialectorum sibericarum offerunt. Doct. Radloffius in pretiosissimo suo opere inscripto: «specimina litteraturae popularis tribuum turcicarum australis Siberiae»[1] proprietates dialectorum 1. altaicae, teleuticae 2. idiomatis tartarici inter Katunja et Bija 3. dialecti lebed-tartaricae 4. dial. šoricae et sojonicae 5. dialectorum originis abakanicae, 6. kysyl et tšolym 7. dialectorum kirgisicarum 8. dialectorum barabanicae, taraicae, tobolicae et tümenicae nobis palam fecit, — Otto Böhtlingkius vero in exemplari sua grammatica linguae jacuticae nos cognitioni hujus linguae inbuit.[2] At formae istae, quas Klaprothus pro sibericis venditat, ne cum una quidem vere siberica dialecto congruunt, immo per formas respondentes čagataicas, uiguricas, kazanicas vel turcicas occidentales facile explicari possunt, e. g. formae *janduramen* «accendo lumen», *kür(ä)nämen* «appareo», *bulušamen* «adjuvo» a Klaprotho «sibericae» dictae etiam in dialecto kazanica adsunt, v. *jandïr-* «accendere«, *küren-* «apparere», *buliš-* «adjuvare». Klaprothus ad glossas cumanicas explicandas nonnunquam formas vere sibericas adducit, sed quantum assequi possum, exceptis aliquot vocabulis sine ulla necessitate. Sic ad explicandam formam cumanicam *öuranirmen* Klaprothus formam sibericam اورانامن adducit, sed *öuränirmen* praedictum forma kazanica *öjrän* optime explicatur. Klaprothus non dicit, formam اورانامن a qua dialecto sumsisse, id quod ille non dicit, dicimus nos: in dialecto koibalico-karagasica juxta formam *ägüränerben* «disco» et *örä-nermen*[3] usurpatur, quam formam Klaprothus perperam cum *ourânâmen* transcripsit.

Klaprothus interdum unam eandemque glossam persicam vel cumanicam cum duabus vel tribus formis ei aliquantum similibus comparat et totam rem in judicio lectoris reponit, ita

[1] Санктпетербургъ, 1866.

[2] St. Petersburg, 1848.

[3] V. Prof. Vámbéry «glossarium etymologicum linguarum tur. or.» Nyelvt. K. V. XIII. F. II. (Budapestini, 1877).

pag. 179 editionis suae adverbium *asspas*, quod nescio quamobrem duobus *s* scripsit, 1. cum از پس 2. cum اتّخاذ 3. cum استیفا comparavit et idem adverbium از پس, quod pag. 180 cum از پس contulit, paulo post pag. 197 cum از باز confert.

Quamquam editio KLAPROTHI sane mendis scateat, tamen uti jam diximus, hoc indubitatum meritum habet, quod quaestionem linguae cumanicae definitive resolvit attentionemque virorum doctorum iterum atque iterum ad codicem originalem convertit. Post editionem glossarii viri docti nationum extranearum cum CORNIDE nostro in eo consenserunt, ut linguam cumanicam turcicae originis esse agnoscant. Celeberrimus HAMMER PURGSTALL jam anno 1834 ita scripsit: «Wenn noch ein Zweifel obwalten könnte, dass die uigurische, kumanische und alttürkische Mundart eine und dieselbe Sprache sey, so würde dieselbe durch diese Urkunden gehoben» (scilicet per editionem codicis Venetiani).[1] D'AVEZAC de hac re ita scripsit: «L'on possède une preuve irrécusable que la langue comane n'est autre que le turk, depuis que KLAPROTH a publié, dans ses Memoires relatifs à l'Asie, un Vocabulaire latin-persan-coman rédigé ou copié en 1303, et qui fait partie des manuscrits légués à la bibliothèque de Saint Marc de Venise par le célèbre Petrarque.[2] CAROLUS, FRIDERICUS NEUMANN in libro «Die Völker des südlichen Russlands in ihrer geschichtlichen Entwickelung», quem librum academia inscriptionum et litterarum Parisiensis praemio ornavit, in sequentibus de Cumanorum lingua dicit: «Die Komanen, welche seit undenklichen Zeiten in dem Lande Kaptschak sitzen und nicht selten auch diesen Namen erhalten, sind uns bekannter geworden als die Türken, an deren Stelle sie als herrschende Horde treten und deren Wohnsitze sie zum Theil einnehmen. Es hat sich selbst ein ziemlich ausführliches Wörterbuch ihrer Sprache erhalten, wodurch die Abstammung dieses Volkes, der Uzen und Petschenegen, welche zusammen, wie ausdrücklich

[1] Jahrbücher der Literatur. Wien, 1834. Bd. LXV. Pag. 30.

[2] Recueil de Voyages et Memoires publiè par la Societè de Geographie Paris, 1839. Tom. IV. pag. 488.

versichert wird, eine und dieselbe Sprache redeten, ueber allen Zweifel erhoben wird.»[1] Hic NEUMANN ad principessam byzantinam ANNAM COMNENAM alludit, quae in V. cap. VIII. libri historiarum Cumanos et Bissenos «ὁμογλωττους» dicit. Doct. CASTRENUS cum testimonio historicorum et philologorum praedictorum quod ad indolem linguae cumanicae prorsus consentit et ROBERTUS ROESLERIUS de hac re haud secus opinatus est: «Das Wörterbuch, das den Beweis dafür liefert, befindet sich in einer venezianischen Handschrift, welche PETRARCA der Bibliothec von Venedig geschenkt hat».[2] MAXIMILIANUS MÜLLER et A. F. POTT, viri summae auctoritatis, in quaestione linguae cumanicae consentientem manifestaverunt opinionem. Nostrates adversus opinionem CORNIDIS de lingua cumanica falsam sibi scientiae persvasionem induxerunt eam cum lingua hungarica eandem esse existimantes. Celeberrimus PRAY aperte dicit, linguam Cumanorum dialecto tantum diferre ab hungarica. JOANNES JERNEY, egregius historicus hungaricus, contra opinionem doctorum extraneorum conclusionem a nomine cumano ad linguam codicis talem dicit, ac si quidam ab inscriptione librorum BONFINII «historia pannonica» ad originem Hungarorum pannonicam concluderet.[3] GEORGIUS FEJÉR verum sequentem FRANCISCI OTTROKOCSI assertionem justam censet et approbat: «Loquuntur (Jazyges et Cumani) enim eadem lingua in essentialibus qua nos Hungari loquimur, quam non acceperunt a nobis, sed habent eam avitam et a maioribus suis acceptam etc.»[4] Clarissimus STEPHANUS GYÁRFÁS Cumanos glossarii bibliothecae ad divi MARCI non genuinos Cumanos, sed populum tartaricum esse existimat. Temporibus nostris res aliter se habet, namque tandem nonnulli virorum doctorum hungaricorum se ad opinionem CORNIDIS converterunt, ex quibus hic tantum magnum hungaricarum litterarum decus clarissimum PAULUM HUNFALVY allego, qui in recentissimo suo

[1] Lipsiae, 1827. Pag. 132.
[2] «Romänische Studien». Pag. 338.
[3] «Keleti utazás». Pag. 229.
[4] «A kunok eredete.» Pag. 56.

libro «Ethnographia Hungariae» inscripto opinionem virorum doctorum extraneorum a nobis adductam approbat et confirmat.

Vocabularium a KLAPROTHO editum cum ultima voce cumanica capituli «Victualia quae nascunt», scilicet cum glossa *coptaluc* terminatur. KLAPROTHUS de textibus codicis originalis non ita paucis nihil novit, in TOMASINI libro «Petrarcha redivivus» tantum mentionem vocabularii reperit, itaque ab SALVIO nihil aliud petivit, quam ut ejus causa id solum describendum curaret, SALVIUS pro sua parte rem amanuensi cuidam committens mentionem vocabularii tantum fecit et amanuensis nihil praeterquam desideratum conscripsit. CORNIDES ipse, qui codicem originalem conspexit, textus silentio transivit. Quum anno 1873 iter facerem Venetias, id tantum propositum habui ut vocabularium cumanicum originale cum editione KLAPROTHI compararem, quamobrem magnum cepi ex codice gaudium animadvertens eum cum ultima voce vocabularii neutiquam terminatum esse, immo haud paucos textus cumanicos hucusque ineditos continere, qui nos indoli linguae cumanicae suppetiis lexicalibus multo magis imbuere possunt. Textus praedicti exceptis quibusdam aenigmatis praeces, litanias, capitula scripturarum sacrarum et doctorum ecclesiae christianae, hymnos et homilias a missionariis extraneis in commodum ecclesiae christianae e lingua extranea in vernaculam gentis cumanicae conversa complectuntur. Hac de causa crebro textuum e lingua latina in dialectum cumanicam conversionem cum indole linguae exemplarii originalis arctissime ligatam reperimus ac quosdam idiotismos constructionesque peculiares linguarum turcicarum in iis frustra quaerimus, nihilominus haec secunda pars codicis Venetiani nobis haud ita paucas proprietates dialecti cumanicae, quae jam dudum extincta et praeter codicem in paucis tantum reliquis conservata est, palam fecit. Hic singularis codex non solum verum thesaurum linguae cumanicae glossariumque persicum, sed in secunda parte haud paucas quoque glossas germa-

[1] «Magyarország Ethnographiája». Pag. 406.

nicas continet, in prima vero nonnullas glossas latinas et italicas exhibet, quae in glossariis Du Cangii et Diefenbachii desiderantur, de hisce formis Klaprothus ita dicit: «le latin même de cet ouvrage est curieux, et on y trouve plusieurs mots peu connus, qui pourraient former un petit supplément a Ducange, et qu'on parvient à expliquer à l'aide du persan et du coman, qui se trouvent à côté. L'ortographe de l'auteur est l'italienne.»[1] Nos in calce editionis nostrae praeter glossarium cumanico-latinum et persicum glossarium germanico-latinum et alterum latinum apponemus, in quo ultimo eas tantum formas in lucem publicam edimus, quae apud Du Cangium et Diefenbachium aut omnino desiderantur, aut saltem diverse scriptae reperiuntur.

Doctissimus Blau in dissertatione sua, quam in XXIX tomo miscellanorum societatis germanicae orientalis inseruit, de nova et emendata editione vocabularii cumanici ita scripsit: «Ich wiederhole, dass es bei der Bedeutung des ganzen Glossars für die türkische Volkssprache des 13. Jahrhunderts eine recht dankbare Aufgabe sein würde, wenn eine Akademie wie die St. Petersburger oder Wiener, oder eine gelehrte Gesellschaft, wie etwa die Deutsche Morgenländische, sich der Herausgabe der Venetianischen Handschrift nach heutigen Anforderungen der Wissenschaft annehmen wollte.» Quamquam editioni totius codicis cumanici multam operam dedi, tamen optime scio, eam parum respondere virorum doctorum exspectationi.

## III.

Lingua cumanica emortua ad magnum emolumentum litterarum et historiae praeter codicem Venetianum in quibusdam glossis apud historiarum scriptores et peregrinatores, in dialecto bazarianica et in nonnullis vocabulis dialecti taticae *(θατεῖς)*, in quibusdam vocabulis dialecti turco-bosniacae, quae a sorore linguae cumanicae germana scilicet lingua bissena orta est, in dialecto

[1] «Mémoires relatifs a l'Asie», Tom. III. pag. 121.

nogaica et in quibusdam aliis dialectis kipčakiensibus, in reliquiis linguae Cumanorum Hungariae, denique in haud ita paucis nominibus propriis personarum et locorum nobis conservata est. In sequentibus fontes enumeratos separatim perscrutabimur.

Plan-Carpinus dicit Cumanos sui temporis Deum *cham* nominasse, cf. voces *hān* i. q. *kān*, e. g. *čin hānimis* «verus Deus» pag. 138 cod. et *hanlek* pro *hanlïk* «regnum», quae voces in textibus codicis nostri passim occurrunt. Mongoli regem *chān* nuncupant, e. g. *ežin chān* «dominus rex», in lingua manğuica *han* proprie imperatorem Chinae significat; in dialecto tungusica districti Nertschinsk imperator itidem *kân* sonat (in plurali 1. *kâsal* 2. *kâhal*). Apud Avaros, Kazaros, Bulgaros eadem vox sub forma duplici *khagan* et *khān* occurrit, cf. turcicum orientale خاقان et خان, hungaricum *Karchan* (corrupte *Karchas*) apud Constantinum Porphyrogenitum[1] nomenque *tarkan* (*Tárkány* nomen loci), quae ultima vox mihi ex خان — تُوار proprie «dux pecorum, jumentorum» contracta esse videtur, in forma enim latina «tavernicus» hungarico *tárnok* respondenti consona *v* adhuc exstat. Chazarorum quidam princeps item *Tarkhan* nominabatur.[2] Formam vero *karchan* ex *karachan* corruptam esse existimo et primam compositionis partem cum čagataico قرا «pecus» e. g. كله قرا comparo, قرا خان enim in regionibus turcico-orientalibus princeps a se ortus dicitur,[3] ترخان vero in his regionibus homo nobilis nuncupatur, qui ad chanum liberum aditum habet et de oneribus decimarum et census exemptus est. Illud maxime persvasum habeo, duas expressiones turcicas *karchan* et *tarchan*, quarum originalis significatio plane convenit, temporibus antiquissimis ex primitivo more instituto-que pastorum originem sumsisse, et hoc loco moneo, reges antiquissimos Babyloniae item pastores *(riu)* nominatos fuisse (cf. ποιμὴν «pastor» et «princeps»).[4] Fortasse ipsum nomen *cha-*

[1] «De Adm. Imper.» Cap. 40.

[2] V. Brosset «Histoire de la Georgie», I. pag. 156.

[3] V. *Bâbername* a Pavet de Courteille citatum.

[4] V. «Babylone et la Chaldée» par M. Joachim Menant. Parisiis, 1875. Pag. 50.

*gan*, *chân*, *hân* olim cum turcico-orientali *sakči* «excubitor», «pastor» eandem habuit significationem (ساغين «omne animal lactarium»), mihi quidem haec duo vocabula ad eandem radicem reducenda esse videntur, consona enim gutturalis *ch* interdum pariter atque *h* in linguis turcicis a sibilanti orta est.[1] Nomen principis Cumanorum KUTHEN, qui gentem suam tempore regis BELAE IV, in Hungariam introduxit, ex radice verbi turcici or. كوتمك derivatum instar kazanici *kötöüče* proprie pastorem significabat.

Magister JOANNES de THUROCZ in suis chronicis Cunorum quendam ducem GYULAM nominat,[2] CONSTANTINUS autem exercitus Hungarorum ducem GYLAS nominatum fuisse dicit. Vox كالا, كله in dialecto čagataica gregem animalium domesticorum significat, cum qua voce Hungarorum *gulya* «grex», *gulyás* «pastor vaccarum», «vaccarius» plane convenit, cf. etiam v. hung. *gyűl* «convenit», «congregatur». STRITTERIUS et PETRUS HORVÁTH principem GYLAN de themate Paczinacitarum fuisse dicunt.[3]

BOZA apud Cumanos nomen cuiusdam potus fuit, de quo NICOLAUS OLAHUS ita scripsit: «In campis cumanicis, praeter vina advectitia, usum habent Cumani, cuiusdam liquoris, ex milio, et aqua, suo more expressi, quem *bozam* vocant.[4] Cf. čagataicum et osmanicum بوزه, cui in lingua uigurica et hungarica *bor* respondet.

*Rubruquis* in suo itinerario de Tartarorum alio potu mentionem fecit, quem *cosmos* nuncupavit et hic operis pretium existimo litteras regis Hungarorum STEPHANI quinti anno 1268 exhibitas adducere, in quibus sequentia continentur: «Quod cum BOCHOU, BENCH, BENCHE, et BETLEN filii LAURENTII de villa Bylok conditionarii nostri scilicet Tarnici — nostri, qui vulga-

[1] «Ueber die Sprache der Jakuten» von O. BÖHTLINGK, St. Petersburg, 1848. Pag. 182—183.

[2] Pars II. cap. 49.

[3] V. PETRUM HORVÁTH «de initiis Cumanorum», pag. 43.

[4] NICOLAI OLAHI «Hungaria». Cap. 18.

riter *kurmis Tarnuc* dicuntur».[1] Hic *kurmis* corrupte pro *kumis* scriptum est, cum quo *Prisci κάμος* optime convenit, cf. turcicum or. قيميز. STEPHANUS quintus, uti notum est, antequam rex Hungariae factus est, titulum domini Cumanorum habuit filiamque regis Cumanorum *Kuthen* in matrimonium duxit.[2] In aula ducis Transilvaniae et domini Cumanorum officium *Kurmis Tarnuc* minime est admirandum, anno enim 1268, quum STEPHANUS litteras a nobis adductas exhibuit, nondum coronam regiam adeptus erat. — In hymno latino «de sancto LADISLAO», eoque antiquissimo, duces exercitus cum. *bassae* nominantur (cf. osm. باشا) «Tu bassarum pavor eorum» (vid. apud cl. ARONEM de SZILÁDY «Középkori magyar költői maradványok» pag. 278).

De dialectis bazarianica et tatica doct. BLAU in dissertatione «Ueber die griech.-türk. Mischbevölkerung um Mariupol» inscripta et paucos ante annos publicata diserte atque acute disputavit, ex qua dissertatione utile existimamus quaedam hoc loco proferre.[3] BLAU in hac re ope professoris universitatis Odessensis GRIGOROWITSH usus est, qui dialectos praedictas in ipsis locis, ubi adhuc vigent, diligenter perscrutatus est. GRIGOROWITSCH colonias Graecorum regionis circa urbem Mariupolin ex duobus diversis populis consistere dicit, nimirum ex Tatis et Bazarianis, hi antiquitus exarchiam Sugdaiae incolebant indeque in districtum Mariupolitanum migraverunt, ubi etiamnum *Tat* nuncupantur et quandam peculiarem dialectum graecam loquuntur, illi vero dialectum tartaricam loquuntur et de exarchia Chersonesi tauricae in regionem Mariupoleos venerunt. Quaedam nomina geographica locorum tempore praesenti a Bazarianis habitatorum etiam in Chersoneso taurica adsunt, e. g. nomina locorum inter *Sebastopolin* et *Tepe-Kerman*. GRIGOROWITSCH gentem Bazarianorum ex ALANIS originem sumsisse dicit, qui secundum CASTRENUM populis ugoricae originis adnumerandi sunt et uti jam AMMIANUS MARCELLINUS admonuit, ex

[1] V. JOANNIS JERNEY «Keleti utazás». Pestini, 1851. Pag. 291.
[2] V. STEPHANI GYÁRFÁS. «A jász-kúnok története.» Tom. II., pag. 286.
[3] Z. der D. M. Gesellschaft. Tom. XXVIII, pag. 576—583.

antiquissima gente Massagetarum promanaverunt cognomenque ex montium adpellatione ceperunt: «Alani ex montium adpellatione cognominati» (Lib. XXXI. cap. 2, §. 13). Nomen اولا in dialecto kašgarica montem vel collem significat, cf. mongolicum *khanola* (اولوغ, اولوق «magnum», kazanicum *olo*). Constat de affinitate gentium turcicarum alanam cum cumanica arcte ligatam esse, sed quantum antiqua historicorum testimonia persequi possumus, Cumanos ab Alanis bene distinctos reperimus. Persvasum habeo, doct. Blau *Bazarianos* recte Cumanorum progeniem opinari, hi enim in eadem regione habitant, quam antiquitus Cumani occupatam tenebant nomenque ipsum *Baxargan* in codice nostro Venetiano mercatorem significat. Blau in illa dissertatione sequentes voces taticas originis turcicae enumerat, quarum una pars et in codice Venetiano legi potest:

1. *bathar* «palus», «stagnum» cf. turcicum *batak jer* «locus depressus», *batkak* «palus»; — hungaricum *mocsár* item ab eadem radice *bat* derivandum opinor.

2. *Zabun* «debile», cf. turcicum occ. زبون, quod ex lingua persica depromtum est, — haec vox etiam in dialecto bosniaca adest.

3. *Zavura* «aratrum», cf. bosniacum *zevre*.

4. *Narač* «pinus». In secunda vocis parte turcicum *agač* «lignum» continetur, cf. kaz. *narat*.

5. *Nochut* «cicer», russice горохъ, cf. glossam bosniacam *nohut* et formam cumanicam vocabularii Venetiani *noghut* (corrupte *noghuc* scriptum), quae forma etiam in respondenti columna persica adest.

6. *Saz* «stagnum», cf. kirgisicum *sas* idem. In quadam oratione secundae partis codicis cumanici pag. 151 vox *saz, sas* proprie lutum significat: *kökning miri etiz keydi jukturmey sazga tusti bis cigardi sasilarni öz jarkinin eksitmädi*, id est: «Dominus caeli carnem induit, illibatus in lutum se immersit, nos lutosos (illinc) extraxit, suum splendorem neutiquam diminuit». Cf. hungaricum *sár*, sibilanti enim dialectorum turcicarum in lingua hungarica liquida *r* respondet.

7. *Sabaǵi* «arator», cf. čagataicum ساپان «aratrum», osmanicum *saban* idem, bosniacum *saban* vel *sapan* idem, *sapan-ok* «buris»,[1] kirgizicum *saban,* — čagataicum ساپ, jacuticum *ub* «manubrium», — koibalico-karagasicum *sapka* «falx foenaria».[2] Aratrum etiam in codice cumanico *saban* nominatur (pag. 8), quod nomen cum verbo *sürmäk* compositum «arare» significat, vid. loco citato:

| | |
|---|---|
| «aro terram | *saban surarmen* |
| aravi | *saban surdum* |
| ara | *saban sur.*» |

8. *Karanluk* «obscuritas», cf. čagataicum *karangku* «obscurum», cumanicum *charamac* «obscuritas», «nigredo».

9. *Čiče* «flos», cf. osmanicum چچك idem, čagataicum چيچاك «flos», «varioli», cumanicum *zizac* (in vocabulario codicis sub littera *f*).

10. *Čkur* «fossa» osmanice چقور, čagataice idem, Kazanice *čokor.* In dialecto cumanica *čokrak* (*čochrac, čohrah* scriptum) proprie fontem significat, e. g. *čohrah öz özindän el učun aha turur* «fons (ex se ipso) ob causam pacis (vel fortasse «populi») effluit», id est «fons ob causam pacis (vel «populi») sponte effluit» (pag. 145). Vocabulum *čukur* «fossa» etiam in dialecto bosniaca occurrit.[3] Clarissimus Blau quasdam voces taticas aenigmaticas dicit, e. g. vocem *rucho* «vestis», sed haec vox jam in antiqua lingua slavica *ruha* sonabat, cf. hungaricum *ruha* (graecum novum *ροῦχον*).[4]

Doct. Blau in dissertatione «Griechisch-türkische Sprach-Proben aus Mariupoler Handschriften»[5] quosdam textus dialecti bazarianicae publicavit, qui nobis nonnullas hujus dialecti proprie-

[1] V. O. Blau «Bosnisch-türkische Sprachdenkmäler» (Lipsiae, 1868). Pag. 288, 289.

[2] V. A. Castren «Versuch einer koibalischen und karagasischen Sprachlehre» (St. Petersburg, 1857). Pag. 158.

[3] O. Blau «Bosnisch-türkische Sprachdenkmäler», Lipsiae, 1868. Pag. 215.

[4] Die Slavischen Elemente im Magyarischen von Dr. Franz Miklosich. Viennae, 1871. Pag. 52.

[5] Z. d. D. M. G. Tom. XXVIII. Pag. 562–576.

tates notas faciunt. Quod ad denotationem sonorum turcicorum per litteras graecas attinet, eam cum transcriptione latina sonorum cumanicorum summopere convenire videmus, in his enim textibus Mariupolitanis litterae ج et ڃ per τζ notantur et in codice cumanico quoque iidem soni nonnunquam per duas litteras *cz* exprimuntur, e. g. in prima parte codicis *kiczi congulu bile* «humiliter», *uzcarmen,* in qua voce *č* per *zc* denotatur; — in textibus Mariupolitanis *š* interdum per σσ transcribitur et in codice cumanico haec transcriptio per *ss* itidem saepe occurrit, e. g. in parte secunda *tissisluhlarmen* etc.; — in textibus Mariupolitanis littera *b* nonnunquam more Graecorum per μπ transcribitur, etiam in codice nostro analogum hujus transcriptionis exemplum in columna persica observavi, ubi in forma *lambs* littera *b* praecedenti nasali fulciendae inservit (v. pag. 54); — in dialecto Mariupolitana *k* saepenumero per χ notatur et eadem transcriptio etiam in nostro codice cumanico usurpatur, e. g. in parte ejus secunda *kirchma* «ovis tonsa», *kachna* etc., in aliis exemplis loco *ch gh* scribitur, e. g. *ghalgan* pro *kalgan* «remanens». Vox قايمقام in quodam textu Mariupolitano per *χαγιμαχάμ* transcripta est.[1] — Glossa cumanica *terac* «arbor» etiam in dialecto Mariupolitana adest *(τιρεχ)*.

Egregius litterarum orientalium cultor Reinaud populum باجناك apud Abulfedâm cum بوشناق nostrorum temporum eundem esse dicit, quam Reinaudii opinionem Blau validis argumentis corroboravit clare demonstrans dialectum bosniacam dial. turcicarum orientalium nonnullas proprietates possidere. Antiquos Bissenos non solum turcicae originis esse, sed etiam cum Cumanis vinculis et linguae et originis arctissime ligatos fuisse inter omnes constat. Anna Comnena de Bissenis ita scripsit: *πρόσεισι τοῖς Κομάνοις ὡς ὁμογλώττοις.*[2] Georgius Cedrenus gentem Bissenorum plane *Uzos* nominat, quod nomen apud Constantinum

[1] Blau, ueber Volksthum und Sprache der Kumanen. Z. d. D. M. G. Tom. XXIX. Pag. 569.

[2] Pag. 404 ed. Bonn.

semper Cumanos significat (cf. etiam nomen cujusdam ducis Cumanorum *Uz-ur*,[1] qui tempore LADISLAI IV. in uno ejus diplomate de anno 1279 memoratur). CEDRENUS de Bissenis ita scripsit: *τὸ τῶν Οὐζῶν ἔθνος· γένος δὲ καὶ οὐδετι Σκυθικὸν καὶ τῶν Πατζιναικῶν εὐγενέστερόν τε καὶ πολυπληθέστερον.* Temporibus antiquissimis Cumani (Uzi) et Bisseni regiones continuas habitabant et uti saepe evenit, quamquam arctissimo affinitatis ligamine conjuncti fuissent, tamen se invicem crebro perquam sanguineis bellis petiverunt. Tandem Bisseni e patria sua anno 894 vel 899 ab Uzis et Kazaris expulsi contra Hungaros in Lebedia impetum facientes eos ad novam patriam quaerendam impulerunt. Pars Bissenorum in antiquam patriam redux cum Uzis in unam eandemque gentem confluxit, de qua re CONSTANTINUS ita scripsit: *καὶ τοῖς λεγομένοις Οὔζοις συνῴκησαν καὶ μέχρι τοῦ νῦν εἰσιν ἐν αὐτοῖς ἔχοντες τοιαῦτα γνωρίσματα ὥστε διαχωρίζεσθαι αὐτοῖς καὶ νοεῖσθαι τίνες τε ἦσαν.* CONSTANTINUS vocem *κάγγαρ* principalium Bissenorum trium tribuum peculiare nomen dicit, easque tres tribus sequenti ordine enumerat: 1. *Ἰαβδιερτιμ* 2. *Κουαρτζίτζουρ* 3. *Χαβουξιγγυλα*. Nominis *Jabdiertim* secunda pars etiam in nostro codice occurrit, in quo *erdem* virtutem, artem significat, cf. hungaricum *érdem*, manguicum *erdemu* «virtus», «meritum», mongolicum *erdem* idem. Bisseni cum Cumanis non solum in antiqua Bissenorum patria, sed etiam in magna Cumania et Hungaria temporum lapsu tandem in unam eandemque gentem confluxerunt. Bissenorum quaedam castella ad flumen Danastris voce *kat* denominantur, quae vox in dialecto chvarismica moenia significat,[2] — eadem vox etiam in nomine cujusdam loci Cumaniae hungaricae appareret, videl. *Perkat*, id est *birkat* «unum murum». Doct. BLAU in dissertatione de lingua et origine Cumanorum sequentes voces bosniacas cum respondentibus cumanicis comparavit 1. *jygmak* «congregare» cum cumanico *yiarmen, iydim*, quas voces BLAU secundum editionem KLAPROTHI *yarmen, jydim* scripsit 2. *kov-*

[1] Proprie «dominus *Uz*». Quod ad vocem *ur* pertinet, cf. hungaricum *úr*, bulgaricum urъ.

[2] Z. d. D. M. G. Tom. XXIX. Pag. 558.

*mak* «propellere» cum kumanico *coarmen* et formas a KLAPROTHO perperam *cordum, corgil* editas in *covdum, covgil* correxit, at quod scire minime potuit, codex originalis lectiones *coydum, coygil* exhibet, cf. turcicum or. قويماق, — قوومانى chiv. هايتاماق, hungaricum *hajtani* «pellere» 3. *buyan* «regricium» cum cumanico *buyu*. Sed hic annoto, in codice loco «regricium» KLAPROTHI «req̄ciū» scriptum esse, quod fortasse ex forma «liquiricia» infimae latinitatis ortum est 4. *tegne* cum cumanico *tegana* «lavellum», cf. hungaricum *tekenő* «labrum». Castelli *Bender* antiquius nomen *Techina, Tegina* erat, de qua arce MARTINUS BRONOVIUS anno 1579 ita scripsit: «. . . . Techinam oppidum et arcem Turcicam, non ita pridem ad confluentem Nestri munitam, et ibi Techinienses vel Moldavici in Nestro trajectus aliquot, recta in campos reperiuntur.»[1] Non solum oppidum atque arx Techinae, sed tota vallis antiquitus propter figuram ejus topographicam labro perquam similem *Tekina* nuncupacta erat 5. voces *karaveš* «serva», *kuma* «pellex» cum cumanico *caravas* et *cum*. Annoto, in codice *cū* et non *cum* scriptum esse 6. *kepac* «brenum» cum cumanico *chebac*. Vox «brenum» apud DU CANGIUM et DIEFFENBACHIUM non reperitur.

Gens nogaica, quae in iisdem regionibus habitabat, quam paulo ante Cumani occupatam tenuerunt, se sub duce *Noghai* jam anno 1261 a jugo mongolicae dominationis liberam proclamavit. *Gengiz* anno 1224 proceres et cognatos suos in urbe *Samarkand* congregavit, ut antiquo more mongolico in comitiis *kuriltai* nuncupatis ingens regnum inter filios suos divideret, in qua regni divisione *Batu* praeter Chorasmiam *(Chahresm)* regiones Dešti Kïpčak obtinuit.[2] Liberatio gentis nogaicae cum 37 tantum annis post instaurationem regni *Batu* accidit. *Ascellinus* refert, Cumanos vel saltem multos ex iis a Mongolis fugitivos tandem in pristinam patriam reversos esse, GVILLIELMUS vero RUBRUQUIS aperte dicit, Cumanos ante irruptionem mon-

[1] «Descriptio Tartariae» apud SCHWANDTNERUM. Tom. I. pag. 319.

[2] Geschichte Bochara's oder Transoxaniens von HERMANN VÁMBÉRY. Stuttgart, 1872. Tom. I, pag. 149.

golicam in vastissima regione inter flumina Tanaim et Borysthenem[1] habitasse. Persvasum est mihi cum Cumanis et Bissenos antiquam patriam recuperasse, in nomenclatura enim pagorum nogaicorum diversa nomina cum *Kegenes* composita reperiuntur, quorum compositorum secunda pars *(Kegenes)*, GEORGIO CEDRENO teste Bissenorum cujusdam ducis nomen erat, quem ducem CEDRENUS genere obscurissimo nullisque natalibus, sed bello praestantissimum fuisse dicit.[2] Doct. JERNEY in suo itinerario sequentes pagos enumerat, quorum nomina per *Kegenes* terminantur:[3] 1. *Karru kegenes* 2. *Ǵansur Kegenes* 3. *Ǵantrün Kegenes* 4. *Taš Kegenes* 5. *Tuske Kegenes.* Originalem hujus nominis formam *kengeš* opinor, quod čagataice «consilium» significat, ex qua forma per metathesim litterarum bissenicum *Kegenes* facillime oriri potuit. *Abul-Ġâzi* ministrum principis: *kengesli* nuncupat, v. locum sequentem پادشاهلار وكينكاشلى لارنينك اصلى نى etc.[4] Nomen vero cujusdam pagi nogaici *Kanglera* trium praestantissimarum bissenicarum tribuum honorificam appellationem *Kangar* in memoriam reducit. Tribus nogaica, uti viri docti observaverunt, ex confluxu Cumanorum, Bissenorum et Mongolorum originem duxit, quae origo etiam in nomenclatura pagorum evidenter perspici potest, namque in ea praeter nomina cumanica et bissenica etiam aliquot mongolica occurrunt, e. g. *Sagaltai* etc. Nomen loci *Akus* cum nomine cujusdam ducis Cumanorum plane convenit, de quo duce THUROCZI in «Chronica Hungarorum» ita scripsit: «in primo autem impetu, rex (scilicet sanctus LADISLAUS), ducem Cunorum, nomine *Akus*, percussit.»[5] Prof. VÁMBÉRY ex libro «Urus-tatar elif-bajy, istichraǵ ejlauǵi *Bin Vahhab*» inscripto atque anno 1852 in urbe Kazan publicato quasdam cantiunculas in commentariis linguisticis academiae hungaricae publicavit, quarum linguam libri anti-

[1] Danapris.

[2] Historiarum comp. Bonnae. Tom. II, pag. 582.

[3] Keleti utazás. Tom. II, pag. 126.

[4] In glossario PAVET de COURTEILLE.

[5] Pars II. cap. 57. Apud Schwandtner. Tom. I. pag. 272. V. JERNEY, o. c. pars II. pag. 127.

quus possessor, quidam *ʿâlim* ex gente nogaica a VÁMBÉRY de peculiari libri indole interrogatus nogaicam esse dixit. Iam primo adspectu dialectum cantiuncularum praedictarum dialecto kazanicae in quibusdam phonologiae proprietatibus respondentem esse vidimus. Dialectum cumanicam quoque, quantum eam ex codice Venetiano novimus, cum kazanica arctissima affinitate conjunctam esse in hac nostra codicis editione saepe observavimus. Quod ad partem phoneticam cantionum nogaicarum, pro consona initiali *j* in iis consonam *ǵ* invenimus, e. g. جرلا «canta» loco čagataici ييرلا, — جافراق «folium» loco يافراغ, — جير «terra» loco ييز, — جيل «ventus» loco ييل etc., quae formae in XX stropha cantionum conjunctim occurrunt:

جافراقلر توشه جيرلركه
كوزكى قطى جيللرده
صاغنامن انكا صارغايمن
جابوغامن جاطوق جيرلرده

Doct. GVILLIELMUS SCHOTT optime observavit, voces ultimae lineae hujus strophae alliterationem efficere.[1] In dialecto kazanica hanc consonarum permutationem saepe observamus (e. g. *ǵir* (*ǵ* = *ž*), — *ǵaziu* etc.) eaque etiam in transcriptione latina codicis Venetiani interdum occurrit, e. g. *gichildim* «lapsus sum» loco čagataici ييقلديم, cf. kazanicum *jïgïl-* «labi», *jïk-* «demoliri». Eadem permutatio in dialectis kirgizicis notissima est, e. g. *ǵil* «annus» loco *jil*, *ǵaman* «malum» loco *jaman*, *ǵürek* «cor» loco *jürek*. Pluralis tertiae personae praesentis توشه cum forma singularis plane convenit, eandem convenientiam etiam in codice nostro Venetiano observamus (pag. 143 etc.). In dialecto nogaica nonnullas voces mongolicas usum obtinuisse satis constat, in hac quoque re dialectus nogaica et cumanica inter se conveniunt, namque in parte prima et secunda codicis nostri quaedam voces tantum auxilio linguae mongolicae explicari possunt, e. g. in pag. 140 vox *olbek*, quod idem est cum mongolico *elbek*, *elbeg* «abundantia». De significatu cuma-

[1] 6. Juli 1868. Sitzung der philosophisch-historischen Klasse. Pag. 497.

nici *olbek* dubitare non possumus, in versione enim interlineari latina haec vox ut «abundantia» explicatur:

de tua abundantia — — vult gratis
*Ave kiz olbekligingda ki tilesa alir raygan*

id est: *Ave kïz, ölbekligingdan kim tilesä, alïr rajgan.*

Cumanicum *bahatur* ex mongolico *baghator* depromtum est, in dialecto čagataica enim *batur, bator* باتور occurrit, quod cum hungarico *bátor* optime congruit, cf. manguicum *baturu*, nogaicum *matur* «pulcher», kazanicum *matïr*. Cumanicum *bahadur* in hoc textu inveni: *Bu beyimisni ögelim sn tabuhni kilalim bahadur sen dagelim* etc. «Dominum nostrum laudemus, tibi servitium praestemus, te potentem esse dicamus» (in pag. 145). In dialecto nogaica et kazanica *matur* non animosum, sed proprie pulcrum significat, cf. quod ad permutationem harum notionum, svedicum *vackerhet* «pulcritudo», *vackra flicka* «pulcra *puella*»,[1] et graecum *καλὸν*, e. g. *καλὰ ἔργα* «facinus audax in bello.»

In terra nogaica et in regionibus adjacentibus haud ita pauci tumuli reperiuntur, quos etiam ipsi Russi meridionales vocabulo turcico *kurgan* nuncupant. Hos tumulos Cumanorum et Bissenorum sepulcra esse antiqui peregrinatores diserte dicunt; Rubruquis in descriptione itineris ad Khanum mongolicum Mangu anno 1253 de tumulis inter Tanaim et Borysthenem ita scripsit: «Cumani faciunt magnum tumulum super defunctum, et erigunt ei statuam versa facie ad orientem, tenentem ciphum (sic!) in manu sua ante umbilicum».[2] Scriptores satyrici romani Juvenalis et Martialis hunc scyphum «cumanam» dicunt. Jam antiquissimis temporibus apud Scythas ponticos scyphum in cingulo portandi mos invaluit, de qua re Herodotus ita scripsit: *ἔτι καὶ ἐς τόδε φιάλας ἐκ τῶν ζωστήρων φορέειν Σκύθας.*[3] Hujus generis scyphus a Graecis *σκύθος* denominatus est. In codice nostro Venetiano pag. 160 glossa cumanica *kurgan* germanice

[1] Schott in dissertatione praedicta, pag. 501.

[2] Recuiel de Voyages. Tom. IV. Pag. 237. V. Jerney, Tom. II. Pag. 98.

[3] Lib. IV. 8—10. V. doct. Emerici Henszlmann «Tanulmányok a góthok művészetéről.»

per *en gihoft grap* et *sin,* id est «statua» per *des todin bilde* explicatur; قورغان in dialectis turcicis orientalibus proprie «castellum», «arcem», *sïn* vero čagataice sepulcrum, kazanice autem «idolum», «simulacrum paganum», «statuam» significat.[1] Inter glossas cumanicas ad sepulturam pertinentes scyphus statuae non memoratur, sed vox *iv* germanico *des toden hws, kesenä* item, *kapsa* germanico *dilade,* id est *die Lade* explicantur. In capitulo vocabularii «res quae pertinêt ad mesam» inscripto voci latinae «fiela» pro «phiala» *(φιάλη)* scriptae in parte cumanica 1. *giltrin* 2. *sisa* (id est *šiše)* respondent. Fortasse scyphus in cingulo portatus itidem una vel altera harum vocum denominatus est. Ceterum in hoc capitulo voci latinae «ciatus» pro «cyathus» scriptae *(κύαθος)* in parte cumanica *piala* respondet, quę vox sane e graeco *φίαλη* depromta est. In inventario quodam hung. de anno 1609, die 12 octobris quaedam urcei forma *kun korsó* «urceus cumanicus» nuncupatur (vid. apud baronem Radványszky «Magyar családélet és háztartás a XVI. és XVII. században», Budapestini, 1879. Tom. II. pag. 139).

Rubruquis in suo itinerario Cumanos interdum «Capchac» appellat, ita e. g. locis sequentibus: «Et inter ista duo flumina in illis terris, per quas transivimus, habitabant Comani *Capchac,* antequam Tartari occuparent eas». Iterum «Quae tota inhabitabatur a Commanis *Capthat* (sic!)».[2] Tribus kïpčakiensis ramum quendam stirpis Turcarum Özbeg denominatorum effecit, cujus stirpis antiquissima patria probabiliter in terris fluminibus Ural et Emba adjacentibus quaerenda est.[3] Haec stirps turcica, quam Vámbéry cum elementis mongolicis permixtam existimat, nomen Özbeg tandem tempore noni principis ex genere *Gügi* Özbeg nominati sibi in honorem tanti principis e communi consensu attribuit. Nomen اوزبك proprie sui juris hominem signi-

[1] Prof. Bálint in vocabulario kazanico vocem *sïn* perperam arab. originis esse dicit.

[2] Recueil de Voyages. Tom. IV. Pag. 219, 246. Jerney. Tom. II. Pag. 99.

[3] Geschichte Bochara's oder Transoxaniens etc. Zum erstenmal bearbeitet von Hermann Vámbéry. Tom. II. Pag. 36.

ficat. Ceterum nom. Özbeg et Uzorum dominum significare potest (cf. nom. Uzur). Jam doct. Blau recte admonuit, linguam cumanicam vocabularii Venetiani cum dialectis stirpis Özbeg (اوزبك ترکیسی) arctissime ligatam esse, hinc sequitur celeberrimum Rubruquis non ita valde deceptum fuisse, quum Cumanos nomine *Capchac* appellaverit, Cumani enim et tribus kipčakiensis procul dubio ex una eademque stirpe originem sumserunt. Potentissimus Mongolorum Chaganus *Gingis* imperii sui eam partem, quae etiam vastissimum دشتی قیپچاق continuit, post mortem filii *Güǵi* nepoti *Batu* donavit, cujus victoriosa progenies temporum decursu devictorum populorum turcicorum in illis terris habitantium linguam, instituta et mores sensim adoptavit, quae lingua turcica procul dubio cum Cumanorum Bissenorumque lingua una et eadem fuit, Julianus enim ex ordine praedicatorum, quem rex Béla IV anno 1239 ad Chanum mongolicum cum litteris misit, responsum Chani per quendam Cumanum, aut saltem cumanicae linguae peritum in linguam hangaricam convertendum instituit: «In hac Ungarorum terra dictus frater invenit Tartaros, et Nuncium et interpretem Tartarorum, qui sciebat ungaricum et cumanicum idioma».[1] Özbegi tandem sec. XVI ex antiqua patria emigrantes vasto trium chanatuum territorio consederunt. Blau recte admonuit, inscriptiones turcicas numorum Chanorum kipčakiensium a tempore Özbek secundum omnem probabilitatem in dialecto cumanica codicis Venetiani scriptas fuisse;[2] Blau tres tantum inscriptiones adducit, quae in numismatica orientali doctissimi Fraehn legi possunt, videlicet قوتلوغ بولسون «quod felix sit!» اون التی دانک «sedecim *dangi*», ینکی پول «moneta nova». Quod ad formam *kutlug* pertinet, cf. verbum cumanicum *kutïlmak*, quod in parte codicis secunda interdum vice substantivi fungitur. Vox *denk* cum prima parte vocis cumanicae *tengdes* «coaequalis» plane convenit, v. pag. 144 codicis: *atanga tengdes olturding* «patri tuo coaequalis residisti» (cf. turc. or. تینک «aequale»).

[1] V. Georgii Fejér cod. dipl. Tom. I. de anno 1165.

[2] Z. d. D. M. G. Tom. XXIX. Pag. 586.

## IV.

In antiquis hymnis latinis et hungaricis sancti Ladislai Cumani interdum Tartari nuncupantur, ita in hoc fragmento hymni «de sancto Ladislao» hungarici: Te tatároknak vagy megteréje. — — — — — — — — — — — — — Terekek mondottak feld félelmének. (vid. apud cl. Aronem de Szilády «Középkori magyar költői maradványok», pag. 22) et Thuroczy in suis Chronicis, Cumanorum a rege Stephano II in Hungariam receptorum summum ducem itidem *Tatar* nominat: «Rex autem Stephanus, diligebat Cumanos tunc temporis; quorum dux nomine *Tatar,* qui a cede imperatoris (Graecorum), cum paucis, ad regem fugerat» etc.[1] Hoc factum anno 1129 obtigit. Episcopus Milkoviensis Theodoricus in litteris ad Siculos datis ita scripsit: «Spiritus S. non respicit sermonis inter Siculos et Cumanos discrimen» Julianusque ex ordine praedicatorum linguam hungaricam in sequentibus a cumanica expresse distinxit: «In hac Ungarorum terra dictus Frater invenit Tartaros, et Nuncium et interpretem Tartarorum, qui sciebat *ungaricum* et *cumanicum* idioma».[2] Magister autem Rogerius regem Cumanorum Kuthen ait principio in Hungariam solum venisse, ut linguam vernaculam Hungarorum addisceret.[3] In annalibus ordinis Minoritarum quidam missionarius refert: «Ego vero, consilio habito, prius volui linguam terrae addiscere, et per gratiam Dei addidici linguam Cumanicam et literaturam Uiguricam, qua quidem lingua et literatura utuntur communiter per omnia regna ista»,[4] in collectione vero legum eccelsiasticarum regni hungarici expresse observatur, monachos ordinis St. Dominici et St. Francisci de Assisi obstringi, ut linguam cumanicam quam primum addiscant, alliceantque Cumanorum animos ad Christianorum sacra amplectenda. Rex Sigismundus aliquando

[1] Pars secunda, cap. 57. Apud Schwandtner. Tom. I. pag. 57.
[2] V. Georgii Fejér Cod. dipl. Tom. I. anno 1165.
[3] Carm. miser.
[4] Romae. Tom. VII. Pag. 206—207.

constituit, ut Hungari linguae cumanicae ignari a limine regio paululum secederent: «Jubente aliquando Sigismundo imperatore, secedere paululum omnes, qui cumanum nescirent.» [1] PLAN CARPINUS Jugurum mentionem faciens de iis ita scripsit: «Apud Jugures est fons et radix idiomatis Turcici et Cumanici.» [2] Terram *Ugra*, *Jugra*, uti notum est, etiamnum diversae tribus turcicae stirpis baškiricae inhabitant. ALBERICUS in chronicis anno 1246 conscriptis [3] pariter ac scriptor quorundam chronicorum bohemicorum Cumanos Tartaros dicit. [4] Denique antiquus historiographus Hungariae ISTVÁNFI de Cumanis disserens narrat, eos suis temporibus Tartaros nuncupari. Cum his testimoniis EDRISI optime convenit affirmans linguam bissenicam a baškirica, id est hungarica differre, scimus enim linguam bissenicam et cumanicam inter se arctissimo affinitatis vinculo ligatas esse. Sed quid plura, habemus enim hujus rei luculentissimum testimonium in oratione dominica Cumanorum Hungariae atque in quibusdam aliis fragmentis antiquae linguae cumanicae a Cumanis per longissimum tempus religiose conservatis nec non in haud paucis nominibus propriis personarum et locorum, quae omnia satis superque demonstrant et comprobant, linguam Cumanorum Hungariae ab hungarica plane diversam fuisse. Ad hoc testimonium accedit, quod quaedam vocabula non ita pauca procul dubio turcicae originis in lingua hungarica, secundum omnem probabilitatem e lingua cumanica in hungaricam irrepserunt, e. g. *csanak*, in vocabulario cumanico *čanac*; *kazan*, in vocabulario cumanico *chaxan*; *csulak* «vas ansatum», *kulak*; *pite*, *almás pite* quoddam cibi genus apud Cumanos Hungariae usitatissimum, turcice *alma pitesi*; *Kása* «pulmentum», «puls miliacea», qui cibus secundum MARTINUM BRONIOVIUM etiam apud Tartaros kipčakienses usitatissimum hominum agrestium alimentum fuit, de qua re BRONIOVIUS regis Poloniae legatus in hunc modum

[1] AENEAS SYLV. Operum pag. 595 et seq.
[2] GEORGII FEJÉR «A kunok eredete», pag. 54.
[3] LEIBNITII Access. hist. Tom. II. pag. 571—2.
[4] MENCKEN «Script. rer. Germ.» Tom. III.

scripsit: »Nobiliores tamen, carnes cibum, vinum crematum et mulsum potum habent, agrestiores vero pane carent, verum milio concusso lacte et aqua diluto, quem *Cassa* vulgo nominant, pro cibo, pro potu lacte equino et caseo utuntur» [1] etc.

Secundum THUNMANNUM STEPHANUS VARRÓ, membrum legationis Cumanorum et Jazygum, quae legatio anno 1744 ad limina reginae MARIAE THERESIAE Viennae apparuit, fuit ultimus Cumanorum, qui aliquam cumanicae linguae habuit notitiam. Sed hanc notitiam, ad orationem dominicam, quasdam breves salutationes et preces restrictam fuisse, ego quidem pro certo habeo. DUGONICS in libro «ETELKA» inscripto diserte dicit, JOHANNEM NÁNÁSI assessorem in urbe *Fülöpszállás* tertio seculi praecedentis decennio in schola pueros «pater noster» cumanicum ediscere severe jussisse.[2] Idem NÁNÁSI anno 1744 simul cum VARRÓ a parte minoris Cumaniae ad aliquot privilegia obtinenda Viennam missus cum sedecim annis post iter factum anno 1760 obiit. Discipuli scholae Fülöpszállásiensis «pater noster» cumanicum late longeque divulgantes copias ejus ab iis et nonnullis auditoribus descriptas per totam terram Cummaniae diffuderunt, ita effectum est, ut jam anno 1774 GABRIEL TERBÖLCS et alii aliquam copiam orationis facile sibi acquirere possent.[3] STEPHANUS BANKÓS Fülöpszállásiensis eodem anno «pater noster» cumanicum Pestini coram multis recitavit.[4] Collegium Debrecziense duas orationis copias quo anno acquisiverit, non liquet, exemplar vero Kun-Szent-Miklosiense, quod in quodam protocollo archivi municipalis exstat, uti mihi videtur, ex antiquiori protocollo in novum transumtum est. THUNMANNUS in illa, quam diximus, dissertatione duas collegii Debrecziensis copias publicavit, prof. VÁMBÉRY autem in dissertatione «Kun miatyánk»

[1] BRONIOVII MART. Descriptio Tartariae. Apud Schwandtnerum. Scriptores RR. Hung. Lipsiae, 1746. in fol. Tom. I. pag. 833. V. JERNEY l. c. Tom. I. pag. 296.

[2] Pestini, 1805 in 8. Tom. II pag. 481.

[3] J. JERNEY «Keleti utazás», Tom. I. pag. 288.

[4] DUGONICS «Etelka» ed. alt. Tom II. pag. 481. JERNEY l. c.

inscripta copiam Debrecziensem a JERNEY publicatam emendandam instituit. DUGONICS in libro «Etelka» primum anno 1788 publicato quinque orationis copias edidit, ANTONIUS vero GÉVAY in collectione manuscriptorum rariorum jam undecim copias congessit. In sequentibus minus defectivam copiam Debrecziensem Kun-Szent-Miklosiensi paulo correctiori unam juxta alteram collocantes comparabimus:

bezén attamaz kenze kikte
bezen attamaz kenze kikte

---

szen leszen szen adon
szenlészen, szen ádon (apud JERNEY: *adon*)

---

dösön szenküklon
dösön szen küktön (non *küklon*,
quam formam JERNEY habet)

---

— — — niczіegen gérde ali kékte
nitziégen, gérde, ali kékte

---

bezén akomozne oknemezne berbezge pitbütör küngon
bezén akó mezne, okné mezne, bergézge, pitbütör küngön
(apud JERNEY: okomuzne okne mezne hergezge pitpütor —)

---

il bezen ménemezne neszembezde jermezbezge utrogergenge
il bézen méne mezne neszem bezde, jer mezbezge utrogergenge

---

iltme bezne olgya manga
iltme bezne, otgyamanga

---

kutkor bezne álgya manna
kutkor bezne, algya manna

---

szen borsong boka csalli bocson igye tengere
szen borsony (JERNEY *borson* scripsit), boka csalli, bótson

(JERNEY haud recte *bocson* edidit) igyi tengere Ammen («Ammen» apud JERNEY desideratur).

VÁMBÉRY in illa dissertatione,[1] uti jam annotavi, textum paulo correctiorem Debrecziensem emendandum suscepit, sed non omnia ei ex sententia successerunt, immo quaedam emendationes ejus contra naturam et indolem linguae cumanicae, quantum eam ex codice Venetiano novimus, plane repugnant. VÁMBÉRY orationem dominicam in hunc modum correxit:

*Bizim atamiz kim sen kökte*
*sentléssen adïñ*
*dözünsen könglün ničekim žerde eile kökte*
*bizim ekmemizni ber bizge . . . . . küngön,*
*al bizim günemizni nižen bizde žermiz bizge ötrü gelgenge,*
*iltme bizni al žamanga*
*kutkor bizni al žamandan*
*sen bar sen iže tengri*

Orthographiam praecedentis textus non solum ab originali Debrecziensi, sed etiam a ceteris textibus, quos novimus, plane alienam esse, quisquis videt. Palaeographia multum abhorret a vocalium tam violenta permutatione. Octo exemplaria JERNEY in scriptione *e* loci *i* inter se prorsus concordant, quam ob rem plane tentamen temerarium est hanc perfectam concordantiam pro nihilo putare. Ipse VÁMBÉRY dialectorum turcicarum peritissimus loco citato observavit, orthographiam textuum «pater noster» cumanici a JERNEY editorum phonologiae dialectorum baškiricarum, nominatim nogaicae et crimicae prorsus respondere et uti optime novimus, in iis dialectis pariter atque in kazanica vocales *e* et *i* inter se permutari solent. Auctor vocabularii cumanici codicis Venetiani et missionarii germanici, qui magnam secundae sectionis partem scripserunt, vernaculam dialecti cumanicae pronunciationem recte et consequenter denotandam crebro non curabant et praecipue in transcriptione vocalium saepè a verro aberra-

[1] Nyelvtudományi Közlemények. Tom. IX. Fasc. III. Pag. 215—219.

bant, attamen in trascriptione nonnullarum codicis glossarum vocales *e* et *i* contra praesentem usum özbegianum inter se permutatae reperiuntur, e. g. *eki* loco *iki*, — *eregirmen* juxta *eriktim* «abominatus sum», cf. čagataicum *irikmäk*, — *elelic* loco *il* «pax», — *el* loco *il* «populus», — *emdi*, cf. osmanicum *imdi*, — *enč* loco *čag. inǵ*, *erir* loco čag, *irür* «est» etc. Hanc eandem rem videmus in diversis manualium kazanicorum editionibus, in prima enim editione orationis dominicae de anno 1862 loco *isemeng sineng* (rectius *sineng isemeng*) *isiming sining* legitur, at in ultima editione ejusdem orationis de anno 1868 jam *isemeng sineng* scriptum reperitur.[1] Ceterum in ipsis dialectis čagataicis permutatio vocalis *e* cum *i* haud ita raro occurrit, e. g. *ertä* «mane», quod in quibusdam dialectis *irtä* sonat; vocalis *e* dialectorum čagataicarum saepe *i* dialecti kašgaricae respondet. «Pater noster» cumanicum in terra Cumanorum filius ab ore patris accepit et quamquam generationes recentiores formas vocabulorum obsoletas et quod ad etymon vix intelligibiles tandem aliquantum corruperunt, tamen genuinam sonorum pronunciationem aequis auribus acceptam ab omni corruptione solicite custodiebant. E contrario auctores extranei codicis cumanici potius formas grammaticales vocabulorum, quam sonum respicientes vernaculam linguae cumanicae pronunciationem haud ita raro alterabant. Vámbéry non solum partem phoneticam, sed etiam formas vocabulorum orationis ad normam linguarum čagataicae et osmanicae transmutavit, in locum glossarum parum notarum rariorumque vel saltem non ita multum usitatarum alias in orientalibus et occidentalibus dialectis usu tritas substituit ac formam *pitbütör* plane omisit. Idem loco *kikte* «in caelo» *kökte* scripsit, at octo exemplaria a Jerney edita in transcriptione vocalis *i* (proprie *ü*) optime concordant. In codice quoque Veneditiano *ö* et *ü* inter se nonnunquam permutantur, e. g. *uzdi* pro *özdi*, *söünčlü* pro *süjünčlü*, *üleb* pro *öleb*, *böri* «lupus» pro *büri*

[1] V. Gabrielis de Bálint «Kazáni tatár nyelvtanulmányok». Fasc. III. Pestini, 1877.

etc., in dialecto vero kazanica haec permutatio communiter obvenit, e. g. *kük* «caelum», *söjönče*, *ül* —, *üz* etc. VÁMBÉRY *ali* in *eile* transmutavit, at in «pater noster» cumanico codicis Venetiani hoc loco item *alley* scriptum est: *koctä alley ierda*, cf. kazanicum *alaj*. VÁMBÉRY vocem *oknemezne* in *ekmemizni* transmutavit, at codex cumanicus hoc loco *ötmäckimizni* habet, cf. formam turcicam or. *ötmäk*, mongolicam *ödmäk*. Formam *méne mezne* VÁMBÉRY in *günemizni* alteravit, at mihi haec mutatio perquam temeraria videtur, formamqne *mene* potius cum osmanico *fena* «malum» comparare mallem (cf. hungaricum *fene* «truculentum» etc.) Vocem *pitbütör*, quam VÁMBÉRY a textu plane exclusit, cum بتون بتون «perfecte», «plene» comparandam existimo. De ultimis textus vocibus, quae manifesto eulogiam continent, VÁMBÉRY duas contrarias opiniones protulit 1. voces *szen borszony* — — — *igyi tengere* cum *sen bar sen* — — — *iže tengri* transcripsit, id est «quia tu es — — — dominus deus», voces vero *boka csalli bocson* vel *botson* sibi prorsus ignotas esse dicit 2. eas simul cum praecedentibus conclusioni orationis dominicae secundum MATTHAEUM «quia tuum est regnum» etc. respondentes dicit. Hae duae opiniones se invicem tollunt, voces enim notae in eulogia orationis cumanicae a conclusione MATTHAEI plane differunt, ignotae vero, si vere ignotae fuerint, ad nihilum recederent.

*Boka csalli, botson* vel *bocson* mihi turcico orientali بوكا چاليق بوتاو سن respondere videtur, id est «potens, (improborum) percussor et fortis es», cf. locum psalmi: «quia, quem tu percussisti, persequuntur etc. [1] Cum hac conclusione optime 8 v. psal. XXIV. convenit: — — — — — «Jehova robustimus et potentissimus; Jehova potentissimus bellator», in textu originali: — — — —

יְהוָה עִזּוּז וְגִבּוֹר יְהוָה גִּבּוֹר מִלְחָמָה

Itaque totam conclusionem in hunc modum vertendam existimo: «tu es potentissimus punitor, robustissimus dominus Deus», — hae voces sane conclusioni orationis secundum

[1] 69, v. 27.

MATTHAEUM minime consentaneae sunt. Ecclesiae protestantes, uti notum est, orationem dominicam secundum MATTHAEUM recitare solent, scilicet cum vocibus: «quia tuum est regnum, et potentia, et gloria, in saecula. Amen»[1] concludunt, quamobrem VÁMBÉRY orationem post tempus reformatorum a quodam missionario protestanti in linguam cumanicam conversam dicit. At, uti vidimus, voces citatae cum conclusione secundum MATTHAEUM minime conveniunt, ideoque tota sequela, quam ex consensu duorum textuum reapse non existenti VÁMBÉRY deduxit, ad nihilum recedit, quin etiam hoc consensu posito equidem sequelam praedictam talem existimo, ac siquis ex conclusione orationis Tungusorum ochočkicorum secundum evangelium MATTHÆI: Тӧми Хи́нни би́шни царство etc. suspicaretur eos protestantes esse. «Pater noster» kazanicum in catechismo ab anno 1868 cum vocabulis *Sineke patšalïk* etc. terminatur, sed hoc nihil impedit, quominus ea Turcarum kazanicorum pars, quae christianismum adepta est, ecclesiae orientali graecae annexa sit. Quasdam orationis voces VÁMBÉRY optime interpretatur 1. *sentläššän* «sanctificetur» ex hungarico adjectivo *szent* «sanctum» derivatum dicit, sed hic annoto, octo exemplaria a JERNEY publicata formam *szen* exhibere et suffixum: *la* scriptum esse, verborum enim denominativorum turcicorum suffixum *la, lä* et non *las, läs* sonat, quod ultimum tunc tantum usurpatur, quum actio reciproca significatur, e. g. *dostlašmak* «conjungere amicitias», — čagataicum *jakalašmak* «se invicem per collum corripere» etc. 2. *dözünsen* VÁMBÉRY apposite cum verbo turcico orientali *tüzmäk* «ordinare» comparat et hic annoto, in voce cumanica *ö* loco *ü* čagataici scriptum esse 3. *küklon* vero, quod in quarto, quinto et octavo exemplario doctissimi JERNEY *köklön* scriptum reperitur, turcico or. *köngül* conparat, quod proprie voluntatem significabat, — etiam hic permutationem vocalium *ö* et *ü* observamus 4. *nitziegen* prof. VÁMBÉRY recte cum turcico or. *ničäkim* conparavit, cf. نیچوك كیم apud PAVET de COURTEILLE, *nezikkim*

[1] Cap. 6. v. 13.

codicis Venetiani: *nezikkim koctä alley ierda* «sicut in caelo, ita etiam in terra 5. *ger* pronunciationi krimicae, nogaicae, kazanicae, baškiricae, kirgizicae *ger, gir* respondet; codex Venetianus hoc loco *ier* habet 6. *küngön* secundum opinionem VÁMBÉRY perperam loco *künön* scriptum est; equidem formam *küngön* per erroneam repetitionem monosyllabi *kün, gün* ab adverbio *(bu) gün* ortam existimo, quamobrem in secunda ejus parte *gön*, kazanice *kön* et non *kön* vel *kün* scriptum est. Codex cumanus hoc loco *bugun* habet 7. *il* «abducere» VÁMBÉRY pro *al* scriptum existimat 8. *neszem* apposite cum turcico *niǵäm* comparat, quod a *niǵäkim, niǵäkkim* abbreviatum est 9. *jer mez* «remittimus» VÁMBÉRY *ǵermiz* legit et hoc verbum cum osmanico *ǵaidïrmak* «persvadere», «reconciliare» comparat, equidem mallem formam *jermez* cum turcico or. *jaj-*, kazanico *jäj-* conferre 10. *otgvaman, algya man* secundum VÁMBÉRY *al ǵaman* legendum est, *al* enim in sermone turcico orientali fraudem significat, *ǵaman* vero cum turcico *jaman* «malum» convenit. Assimilatio litterarum nasalium cum sequentibus dentalibus *t, d*, qualem in forma *algya manna (n)* videmus, etiam in dialecto kazanica perquam usitata est, e. g. *annan* loco *andan* «inde», «illinc». In dialectis nogaica et baškirica eadem assimilatio obvenit, cf. exemplum a VÁMBÉRY citatum *ǵarkïnnïn* loco *ǵarkïndïn* «a consanguineo».

Postquam correctiones clarissimi linguarum orientalium professoris Pestinensis in praecedentibus solicite examinavimus, earum auxilio et ope exemplarii Kun-Szen-Miklosiensis totum textum in hunc modum emendandum proponimus:

Bezem atamïz kim sen küktä.
Senläsün sen adïng

— — —

Dözünsün sen könglüng niǵäkkim ǵerdä alaj küktä.
Bezem ötmäkemezne ber bezgä bütön bütön bu gön.
Al bezem menämezne niǵäm bezdä jajïrmïz bezgä ötrü gelgängä.
Iltmä bezne al ǵamanga.

Kutkor bezne al gamanna(n).

Sen bar sen: bökä čalï(k), bòt(au) iǵe tengri. Ammen.

Possessivum «nomen tuum», «voluntas tua» in hac oratione per praepositionem pronominis separati sequenti substantivo cum suffixo possessivo conjuncto exprimitur, eadem dicendi ratio emphatica in lingua hungarica perquam saepe usitatur et in hac re constructio hungarica antiquam cumanicam alterasse mihi persvasum est, in oratione enim codicis Venetiani loco *sen adïng, sen könglüng* possessiva *senig (sening) atig (ating), senig (sening) tilemegin (hanleching)* obveniunt. «Pater noster» Cumanicum in pagina 126 codicis Venetiani ita scriptum legitur:

Atamis kim köctä sen.

Algiszle bulsun senig atig.

kelsin senig hanlechin.

bulsũ senig tilemegin nezikkim koctä alley ierdä.

kundegi ötmäckimisni bisgä bugun bergil.

Dage iazuclarmisne bisgä bozzatkil. nečik bis bozattirbis bisgä iaman etchenlergä.

Dage iecnik sinämäkinä bisni kuurmagil.

Bassa barče iamandan bisni kuthargil. Amê.

Forma *bulsun* loco čagataici *bolsun* plane cum pronunciatione kazanica *bul-* convenit, jam ex his duobus orationis textibus quisque pronunciationis cumanicae cum kazanica perfectam quod ad vocales concordiam facile perspicere potest. Etiam in dialecto bosniaca loco vocalis *o* interdum *u* pronunciatur.[1]

In annotationibus manuscriptis notarii cumanici Gabrielis Terbölcs sequentes salutationes repertae sunt:

1. *Zubet kharon*
2. *Haj majdon alfekor*
3. *Tenzade khinade*
4. *Istinivili tengite kelibe*

quae etiam in protocollo Kun-Szen-Miklosiensi in hunc modum scriptae occurunt:

[1] Blau: Bosnisch-türkische Sprachdenkmäler. Pag. 21.

## Salutationes.

*La obetheron! alahajdom! Alafekor! tenzene! kenade, scinivico tengete helebele.*

Has ultimas salutationes JERNEY aliquantum diverse scriptas publicavit: *Laobethrom! Alahajdon! Alafekor! Tenzene! Kenade! Iszcinivico! Tengelebele!*

Voces praedictae etiam in manuscripto quodam DANIELIS CORNIDES ita scriptae legi possunt:

*Laobetherom! Alahaidom! Alafekor! Tenzene! Kenade! Scinivisco tengele helebele*[1]

Haec ultima lectio a priori parum tantum differt. Versio hungarica salutationibus collectionis GABRIELIS TERBÖLCS apposita diserte demonstrat, eas dialogum brevissimum salute accepta et reddita continere. Prima questio hujus dialogi *Tenzene kenade* esse videtur, id est *tinč sen mi kending* «quomodo vales tu?» *Aman tinč turtungïzmu* enim in lingua turcica orientali «quomodo vales?» significat, *kending* vero tu quidem significat. Interlocutor questioni praedictae cum *laobethrom*, id est لاب ايو تورووم «optime valeo» respondet, quam laetam responsionem quaesitor cum exclamatione *Alahha hamdan, Alahha šükrän* accepit gratias Deo actas ita continuans: *istänib bilä tengriden tilerben* «cum desiderio (salutem tuam) a Deo exposco». *S* protractum copista facillime cum *f* confundere potuit et ita effectum est, ut loco *šükrän* exemplaria nostra *fekor* exhibeant. Voces arabicae in his salutationibus admirationem minime efficiunt, optime enim doctissimus BLAU observavit, linguam arabicam et persicam, plus quam linguae occidentales, indolem idiomatis cumanici affecisse. Quum in litteris summi pontificis HONORII IV. ad regem LADISLAUM Hungariae de anno 1287 scriptis legimus, regem cum ipsis Saracenis conversari et hunc litterarum locum cum sequentibus de eodem rege LADISLAO vocibus THUROCZII: «cumanice et non catholice conversabatur»[2]

[1] Tom. III. Part. II. pag. 94. Fragmenta aliquot Diplomatum et Actorum publicorum. Pag. 117. Inter Mss. Musei Nation. Hung. V. apud JERNEY. Tom. I. Pag. 295—296.

[2] Chronica Hungarorum. Pars II. cap. 80.

comparamus, Cumanos in litteris Honorii Saracenos denominatos esse facile perspicimus, nomen vero Saracenorum in litteris pontificum ejus temporis sequtores religionis islamicae significare optime novimus. Doctrinam Corani apud Bulgaros, Chazaros, Cumanos propagatam fuisse multis et gravibus testimoniis confirmatur. Voces arabicae ad cultum pertinentes in codice cumano Venetiano haud ita rarae sunt, e. g. *haziz* عزيز, *kurban* «sacrificium», *aval* «initum» etc. Nomina mensium Januarii et Novembris in codice Venetiano: *safar ay* et *kurban baran ay* (sic!), praecipue nomen ultimum doctrinam Corani apud Cumanos propagatam fuisse manifesto conprobant, بيرام enim Muhammedanorum solemne festum est. Plan-Carpinus vero ac Ascellinus diserte dicunt, eos in terra Bissermorum populum cumanice loquentem, religionique saracenae addictum visitasse.[1] Cornides in collectione rariorum annotationum aliam quoque salutationem manuscriptam possessit, quae super mensam dicebatur, scilicet:

*Mikamaz kunsenmenden szenakori kikememezne*[2]

id est:

*Khanïmïz kün sen mendän! suna kör ikmäkemezne*

«Domine noster! contentus esto nobiscum et da (nobis) panem nostrum.» *Mikamaz* a forma *Khanïmïz* per transpositonem ortum esse videtur, — quod ad verbum *kün* vel *kön*, cf. formam factitivam čagataicam كوندورماك *(köndürmäk)* formamque كونانمك «contentus esse» apud Pavet de Courteille, — verbum *sun* «offerre» significat, cf. čagataicum سونماق *(sonmak)*, kazanicum *sun-*, quod ad formam *suna kür*, cf. formas imperativi turcicas بولا كورونكيز, بولا كور «es», «este», proprie «videas, ut sis», «videatis, ut sitis». Secundum doctissimum Böhtlingk fortasse in formis imperativi jakuticis *bïsar, bïsarïng* idem *kör* latitat.[3] Forma *kikeme (mezne)* manifesto pro *ikmäk* «panis» scripta est et haec

[1] Fejér Cod. Dipl. Tom. IV. 1. pag. 426.

[2] Tudományos Gyüjtemény. 1833. Tom. X. pag. 91. V. apud Jerney l. c. Tom. I. pag. 296.

[3] Jakutische Grammatik, 303.

forma kazanico *ikmäk* ad litteram respondet. Etiam in hac brevi salutatione pronunciationem kazanicam observamus, scilicet *e* pro *i*, *ü* pro *ö* scriptum est.

Nomina propria et geographica antiquiora Cumanorum Hungariae quantum ea ex diplomatibus, conscriptionibus, chronicis et scriptoribus historicis novimus, magnam partem turcicae originis sunt. Ipsum nomen KUTHEN celeberrimi ducis Cumanorum cum verbo chivaico *kütmäk*, kazanico *köt-* «pastorem agere» connexum est, pastor enim in antiquis temporibus et ducem et regem significabat. Nomen ARBUZ cum čagataico *arbamak*, *arbatmak* «consiliari» convenit (*arbagči* «consiliator,» ex quo per formam intermediam *arbav*, *arbau* diphtongo *au* tandem in *o*, *u* contracto forma *arbu*-facile oriri potuit). TURTUL, nomen nobilissimi Cumani, cujus memoria in nomine loci *Törtel falu* adhuc viget, cum antiquo hungarico *turul*, čagataico *turgul* «falco,» mongolico *turlak* «corvus» convenire videtur. Nomen loci *Altak szállása*, hodie *Átokháza* cum čagataico *aldag* «dolus malus» convenit. *Baych scállása*, quod «descensus» dicitur, quod ad primam compositionis partem cum *batïk* kazanico «terrenum palustre,» «profundum» idem esse quis non videt. Nomina KELDECH, KUCHMEG, ITEG, TESCENCH, BYTER, ISOK, quae omnia clarissimus STEPHANUS GYÁRFÁS in secundo volumine egregii operis sui «A Jász-kunok története» inscripti retulit, sane turcice sonant. In diplomate de anno 1347 archivi Comitum ZICHY: nomen gentis Cumanorum *chertan* memoratur, quod nomen etiamnum sub forma *Csertán* viget et cum čagataico جيرتاق «abyssus,» «vorago» idem esse videtur: «Nos comes KUMCHEG, capitaneus Comanorum generationis *Chertan.*»[1] In hoc ipso diplomate KUMCHEG ita loquitur: «ex permissione Churchy filii nostri — — — annuimus et concessimus, duodecim comanos filtreas domus habentes, videlicet Paulum dictum CHYTA, filium MANTHULA, Thomam et Nicolaum filios ejusdem Manthula, Mesther filium Nicolai, BOLDEN filium JAMULO,

[1] II. Tom. pag. 268—9.

KYSTRE filium JAPZA, TASTRA filium eiusdem Japza, — — — — Beke filium ALTHABARZ. — — — — —» Nomen MANTHULA fortasse ex arabico مَنْدَلٌ «praestantior ligni agallochi species» depromptum est, cf. formam persicam مندله. In diplomate reginae ELISABETHAE de anno 1367, die 28 Aprilis capitaneus KARLA nominatur: — — — — — «Sub capitaneatu Johannis filii Stephani filii KARLA capitanei Comanorum nostrorum generacionis CHERTAN constitutis, specialiter CHOBA, UMUL, OLAKA, BESE &c.» In diplomate quodam de anno 1325 nomina trium nobilium Jazygum famulorumque unius eorundem memorantur: «Jazones circa Chabam (hodie: Pilis Csaba) commorantes: CHATHARCH, ZUDAK, BYK et famulum eiusdem KARACHINUM ac CHYWACH — — — —,» cf. vocem čagataicam قاراچی. In diplomate regis STEPHANI V. de anno 1266 nobilis quidam cumanus «comes PARABUCH» nominatur, cf. chiv. *big* «princeps». In antiquissimo diplomate archivi districtuum Jazygum et Cumanorum, quod diploma anno 1323 rex CAROLUS I. dedit, sequentia nomina Jazygum conscripta reperiuntur: «Jazones fideles nostri: LARZAN filius ZOKAN, IWACHAN filius TURDUH, Jacobus filius KESKENE, CHARETH filius AMBULTAN, Demetrius fil. GUBUL, Stephanus BEEGZAN, Paulus filius MOKZUN, Andreas fil. CHAKAN' ZAKARAN et Georgius filius eiusdem, Demetrius filius KEYAN, Stephanus filius KURMAN. HURZ, ARPAN, Andreas filius ZUAGAN, Zaduk fil. KALHEN, Georgius fil. MAGAR, Petrus filius CHAMAZ.» Filii in hac nomenclatura jam nominibus christianis appellati sunt, at nomina patrum excepto MAGAR, quod cum MAGYAR idem esse videtur, prorsus indolem linguarum turcicarum redolent. In conscriptione possessionum cumanicalium sedium *Myse*, *Kyszalaas*, *Layos*, *Szabadzallaas* de anno 1557 locus *Karah* «nigrum» et praedium *Thazlaar*, (تاشلار «lapides») memorantur, quae nomina turcicae originis esse dubium non est. In nomenclatura Cumanorum majorum sedis Koolbaaz anno 1572 conscripta[1] haec quoque duo nomina locorum memorata reperiuntur:

[1] «Summarius extractus Possessionum, colonorum, censuum, Muneralium, et aliorum proventuum, pertinentiarum, Arcium Agriensis, et Zarwaskew, ac Jazigum,

*Nagithurgon* et *Kysthurgon*, in quibus *thurgon* a radice verbi turcici *tur* derivatum stationem, hungaricum *szállás* significat. — Reges Hungariae seculo XIII: interpretes linguae cumanicae habuisse vel saltem servitio eorum interdum usos fuisse ex diplomate sequenti capituli Strigoniensis satis superque elucet: «Gregorius prepositus et Capitulum Ecclesiae Strigon. omnibus xpi. fidelibus, praesentes litteras inspecturis salutem in domino. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire. Quod cum domina Maria Illustris Regina Ungariae, nobis per suas litteras precepisset, ut unum ex nobis, cum comite Rubyno, Villico Strigonensi, homine suo mittere deberemus, cuius testimonio idem comes Rubynus terram ipsius domine Regine, *Nyr* vocatam, quam *Mortunus* et *Georgio* interpretibus *Kelduchyni* cumani, eadem domina Regina in praefatis suis litteris se contulisse scribebat, perambularet et statueret hominibus memoratis» etc. Datum per manus magistri Sixti, Scolastici Strigon. Anno domini. M°. CC°. LX°. octavo.[1] — Nomen montis *Kaška dagh* in regione cumanica prope mare Azovium, quem montem *Abulfeda* الجبل الصعب nominat, doctissimus Blau in dissertazione «de Cumanis» optime cum glossa cumanica vocabularii Venetiani *chescha*, čagataice قيسقا «breve» comparat, in territorio enim linguae cumanicae quaqua incedimus, ubique eandem indolem hujus linguae turcicam conspicimus.

## V.

Nomen Scytharum jam antiquissimis temporibus collectivum fuisse et hoc ipsum nomen populos quoque turanicos a regionibus olim hyperboreis dictis usque ad territoria populorum

Cumanorum maiorum et minorum, oppidique Nagy-Zeghed, unius integri anni 1570. Et eorundem proventuum limitata taxatio. Per Egregios Petrum Faygelium, Consiliarium Camerae Scepusiensis, Joannem Freydenreich, Magistrum Lustrationum, ac Joannem Swkan, Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis Commissarios, Anno Domini 1572. conscriptus.» V. apud Jerney l. c. Tom. II. pap. 273.

[1] Hoc diploma membraceum de anno 1268 in archivo capituli Strigoniensis conservatur (priv. Lad. 29. Fasc. 1. Nro. 2.). V. Monumenta Eccl. Strigoniensis ed. Ferdinandus Knauz, Strigonii, 1874. Tomus 1. pag. 561.

stirpis iranicae diffusos significasse constat inter omnes. In epopoea Persarum شاهنامه inscripta memoria antiquissimorum et perquam sanguineorum bellorum gentis iranicae cum turanica adhuc viget. STRABO in 3 cap. libri VII geographiae auctoritate *Ephori* usus non solum Sauromatas a Scythis distinguit, sed ipsos Scythas indole et moribus inter se multum differre dicit:

*Ἔφορος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ μὲν τῆς ἱστορίας, Εὐρώπῃ δ' ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ, περιοδεύσας τὴν Εὐρώπην μέχρι Σκυθῶν ἐπὶ τέλει φησὶν εἶναι τῶν τε ἄλλων Σκυθῶν καὶ τῶν Σαυροματῶν τοὺς βίους ἀνομοίους· τοὺς μὲν γὰρ εἶναί χαλεπούς ὥστε καὶ ἀνθρωποφαγεῖν, τοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ἀπέχεσθαι. κ. τ. λ.*[1]

HERODOTUS vero linguas scythicas haudquaquam ejusdem indolis esse dicit, ita e. g. Gelonorum linguam a Budinorum clare distinguit et hoc loco sane linguam Gelonorum non graecam, sed scythicam intellexit, nam linguam graecam a Budinorum idiomate distinguere minime opus fuit,[2] — alio loco linguam sauromaticam ab aliorum Scytharum linguis diversam esse tradit.[3] STRABO diserte ait, Graecos nomen collectivum Scytharum propter rerum ethnographicarum ignorantiam falso usurpasse, quippe antiqui Graeci varietatem populorum septemtrionis ethnologicam non satis perspicientes omnes eos populos nomine Scytharum appellabant:

*φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἐνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν ἢ νομάδας, ὡς Ὅμηρος, — — — — — — — — — — — — — — — — — — —, ὑφ' ἓν ὄνομα τῶν καθ' ἕκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν, οὕτω τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι τὰ πρὸς ὠκεανῷ. μαρτυρεῖ δὲ τὰ τοιᾶυτα.*[4]

*Justinus Pompeji Trogi* epitomator Scythas ipsis Aegyptiis antiquiores dicit: «Scytharum gens antiquissima semper habita; quamquam inter Scythas et Aegyptios diu contentio de generis vetustate fuerit,» «His igitur argumentis superatiis Aegyptiis,

[1] Strabonis Geographica. Recognovit AUGUSTUS MEINEKE. Lipsiae, 1853. Vol. II. Pag. 415.

[2] Lib. IV. cap. 108.

[3] L. c. cap. 117.

[4] Lib. I. cap. II. §. 27. Editio Teubneriana, recognovit A. MEINCKE. Vol. I. pag. 43 (Lipsiae, 1853).

antiquiores semper Scythae visi»[1] et chronographi christiani antiquissimam epocham regni Scytharum in Asia Σκυθισμός nominant. Nomine collectivo Scytharum etiam diversas gentes turcicas contineri e nube testimoniorum elucet. Massagetas, Alanos, Sacas, Parthos, quos antiqui communiter Scythas nominabant, scriptores recentiores graeci diserte Turcas dicunt, sic THEOPHANUS BYZANTINUS Massagetas, quos Persae sua lingua Kermichiones dicunt, Turcas esse non dubitanter asserit.[2] Alanos a Massagetis ortos fuisse AMMIANUS MARCELLINUS diserte dicit: «Alani ex montium adpellatione cognominati». Sacae, quos STRABO simul cum Massagetis memorat,[3] olim inter Oxum et Jaxartem easdem regiones habitabant, quas per omne tempus populos turcicos occupatas tenuisse notum est. Parthos, de quibus paulo infra uberius disseremus, doctus praelatus Galliae GUIARDUS de LAUDUNO initio seculi XIII. cum Turcis ejus temporis in indole populari optime convenire dicit:

«Nam modos qui Turci, vetere sunt nomine Parthi.»[4]

Hoc loco observo, in nomine collectivo regum Parthorum *arsak* (apud scriptores romanos *arsac-es*) et in nomine ethnico Massagetarum *(Mas-sag)* nomen antiquum *Sacarum* (apud graecos Σάκαι) procul dubio inclusum esse. Vox *sak*, *saka* cum voce turcica orientali ساغ «prudens,« «intelligens,» «sanus» eadem esse videtur. — Nomina geographica regionis a Ponto Euxino usque ad mare hyrcanicum apud antiquos scriptores magnam partem auxilio linguarum turcicarum sufficienter explicari possunt atque quaedam nomina in turcicis tantum linguis eam significationem habent, quam eis scriptores antiqui attribuunt, ita e. g. TEMERINDA, KARBALUK, GRAUCASUS, SILYN &c. PLINIUS in VII capitulo libri VI «Naturalis Historiae» originalem significationem nominis TEMERINDA (al. edit. TEMARUNDA) «maris matrem»

[1] Lib. II. cap. I.

[2] In PHOTII Bibliotheca, 1824, in 8. Pag. 26. a.

[3] Lib. XI. cap. 8.

[4] DU CHESME Fr. Historiae Francorum Scriptores. Lut. Parisiorum, 1641. Tom. IV. pag. 889. V. JERNEY libro c. Tom. II. Pag. 164.

dicit: «Tanain ipsum Scythae *Silyn* (al. edit. Sinum), vocant, Maeotin: TEMERINDA, quod significat «matrem maris.» Sic et DIONYSIUS Maeotin *μετέρα πόντου* vocat. Primam partem vocis compositae cum turcico *tingis, tengiz*, hungarico *tenger* optime convenire persvasum habeo atque in forma hujus vocis *temer* (pro *tenger*) antiquum exemplum permutationis soni *s* cum *r* in linguis turcicis, praecipue in čuvasica multum usitatae conspici potest. In forma turcica orientali *közeng* «fenestra» sibilans *z* ancipiti dentali *r* verbi *körmäk* respondet et hanc ipsam permutationem videmus in forma factitiva verbi *körmäk*: *köstärmäk* «monstrare,» cf. jacuticum кöсттöр juxta кöгöσÿн etc. Etiam hoc annoto, in forma *temer* a PLINIO tradita hanc ipsam permutationem vocalium *e* et *i* occurrere, quae in dialectis turcicis prope Maeotin et postea usum obtinuit. PLINIUS falso pro *n, m* scripsit. Nomen *Silyn* turcico orientali سيليغ respondet, quod «lucidum,» «splendens,» «limpidum» significat. Scythae etiam Jaxartem «Silis» nominabant (hodie سير vel دريا-سير.) Idem PLINIUS Scythas montem Caucasum sua lingua *Graucasum* (al. edit. *Croucasim*, quod mihi quidem melius videtur) nominasse dicit: «Scythae ipsi Persas, Chorsaros: et Caucasum montem, *Graucasum*, hoc est, nive candidum.» [1] *Kar* in linguis turcicis «nivem» et *okar* «altum» dicit, quod ultimum in formis *augan*, uig. *okan*, čag. *ogan* «ens supremum,» «deum maximum» significat. Nomen GRAUCASUS a PLINIO traditum e turcico *kar aukas (aukar)* «altitudo nive candida» compositum esse haud ita incredibile est, sibilans enim formae *Graukas* facile in ancipitem dentalem *r* transmutari potuit (cf. exempla paulo superius allata et uiguricum *törmäk, türmäk* (in glossario VÁMBÉRY[2]) cum čag. *tözmäk*, čag. *okar*, altum cum *oguz* «tumidum,» «crassum.») In nomine turcico Kaucasi *Kafdagh* syllaba *kaf* cum *kau* plane convenit, *dagh* vero idem significat, quod antiquum *aukas, aukar (okar)*. Doctissimus H. KIEPERT in geographia orbis

[1] Lib. VI. cap. XVII.

[2] Uigurische Sprachmonumente. Innsbruk 1870.

terrarum antiquis noti, cujus primam partem nuper edidit (Berolini, 1877), quasdam montis Caucasi valles jam antiquissimis temporibus a populis turanicae originis inhabitatas fuisse asserens etymologiae nostrae nominis Caucasi a *Plinio* traditi validum suppetit fulcimen. Antiquissimus vero Armeniorum historicus, cujus liber sub nomine AGATHANGELI notus est, ab Armeniorum rege Teridate (n. anno 237) ait auxilio quorundam populorum Caucaseorum, quos diserte Hunnos nominat, Persas bello devictos esse. Scythae Maeotin etiam KARPALUK (apud TZETZEM, Chil. VIII. 773) nominabant, quod nomen in lingua eorum piscinam significabat, cf. turcicum *balïk* «piscis». Non solum nomina geographica Scytharum praedicta, sed etiam nomenclatura deorum scythica, quam pater historiarum HERODOTUS memoriae prodidit, talis est, ut quisquis linguarum turcicarum peritus indolem hujus nomenclaturae turcicam illico perspiciat, HERODOTUS enim ait, Scythas Vestam TABITI, Jovem PAPAEOS, Gaeam APIA, Venerem Uraniam ARTIMPASA, Neptunum THAMIMASADAS nominasse.[1] ORIGENES haec ipsa nomina in suo libro contra CELSUM rursum perhibens Apollinem GONGOSÜR nominat, pro quo HERODOTUS loco citato *Oitosyros* habet.[2] Forma *gongos* evidenter cum turcico *güneš* «sol» convenit, THAMIMASADAS vero, pro quo ORIGENES: THAGIMASAD scripsit, quod ad primam ejus partem, cum turcico *tengiz, tingis* idem esse videtur (THAMIMASADAS fortasse idem valet, quod turcicum *tengising atasï* «pater maris,» cum quo nomine etiam TEMERINDA praedictum in prima parte convenit), — ARTIMPASA plane idem est, quod turcicum *erdem paša* omnium virtutum quasi caput. *Tabiti* mihi «adoratam» (deam) significare videtur et nomen summi dei *Papaeos* cum turcico *baba* «avus,» *babïr, baja* «senex,» — uigurico *bajat*, čagataico *bïjat* «deus» optime convenit. Etiam in lingua hungarica Deus interdum

[1] Lib. IV. cap. 50.
[2] Lib. IV. caput 59.

«senex» nuncupatur, v. locutionem: *öreg Isten*[1] et in ipso nomine *Isten* «Deus» prima Syllaba *is* fortasse «antiquum,» «aeternum» significat, cf. vocem *ös* «avus,» «priscus». Antiqui igitur Turcae Deum ut ens supremum *Okan*, *aukan*, ut patrem generis humani antiquissimum *bajat* et uti ex nomine *Papaei* discimus *baba* invocaverunt. Hoc brevi excursu etymologico peracto ad enarrationem historicam redeamus.

Herodotus a dextra fluminis Tanais supra terram Budinorum Thyssagetis vicinos Jyrkas (quod mihi scribentis errore ex priscino *Τυρκαι* ortum esse videtur, nam litterae *T* et *I* inter se facillime permutari possunt) habitare dicit.[2] Plinius vero inter diversas gentes circa Maeotin prope Tussagetas (al. edit. Thussagetae) Turcas (al. edit. Tyrcae) quoque memorat: «— — — Tussagetae, Turcae, usque ad solitudines saltuosis convallibus asperas: ultra quas Arimphaei, qui ad Riphaeos pertinent montes».[3] Nomen populi *Ἴυρκαι*, quos Herodotus (IV. 22) nomades venatorios fuisse et inter Volgam et Ural habitasse dicit, cum turcico *jürük* «viator» idem esse Kiepert conjecit («Lehrbuch der alten Geographie,» II. Hälfte, pag. 342). Nomen Turcarum, uti jam vidimus, apud scriptores byzantios tandem sensum collectivum nactum est et hoc ipsum nomen etiam apud scriptores orientales haud ita raro ut collectivum usurpatur, sic *Sa'adia* nomen manifesto collectivum תגרמה per אל תרך interpretatur nomenque Turcarum jam in Talmude (tract. Jebamoth) loco *Togarma* legi potest: ביתתרייקי «domus (familia) Turcarum,» ad quam vocem Paulus Cassel recte annotavit, hoc loco nomen citatum nomini פרס, id est Persiae opponitur, quae oppositio cum perquam nota Irani cum Anirano vel Turano optime convenit.[4] Nomen Togarma cum nomine

[1] V. Cl. Pauli Hunfalvy «Magyarország Ethnographiája». Pestini, 1878. Pag. 241.

[2] Lib. IV. cap. XXII.

[3] Lib. VI. cap. VII.

[4] Der Chazarische Königsbrief aus dem X. Jahrhundert. Berlin, 1877. Pag. 88—89.

ترك idem esse MORDTMANNUS recte admonuit. TH. D'OKSZA et alii in nomine persico TURAN item nomen Turcarum latitare dicunt.[1] *Šems eddin* in loco sequenti vocem ترك procul dubio sensu collectivo adhibet: وما البلغار قالوا قوم متولدون بين الترك والصعالبه «Bulgari dicunt se inter Turcas et Slavos habitare».[2] Nomen Sacarum HERODOTO docente Persae itidem ac collectivum usurpabant: *Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας.*[3] Alii scriptores byzantii et orientales diversos populos turcicos nomine Hunnorum appellabant, sic PROCOPIUS in libro «de bello Gothico» Massagetas Hunnos dicit: «Massagetas, sive, ut jam vocant Hunnos»,[4] EVAGRIUS in historia eccles. «Hunni, olim Massagetae,» etc. THEOPHYLACTUS SIMOCATTA Persarum vicinos (Parthos) a multis Turcas appellatos ab aliis Hunnos orientis nuncupari dicit et alio loco operis expresse ait, Hunnos orientem Boream versus incolentes a Persis Turcas nominatos fuisse. PROCOPIUS populum Bulgarorum constanter Hunnos nominabat. Nomen Hunnorum sensu collectivo etiam apud Orientales invaluit, ita e. g. historiarum scriptor persicus MIRCHOND Avaros, Kazaros, Uzos et Bissenos stirpis hunnicae quatuor ramos nominat atque scriptores syriaci a temporibus CYRILLONAE[5] usque ad BARHEBRAEUM nomine HUNOJE diversos populos turcicae et mongolicae originis denominabant. Jidem populi turcicae originis etiam Ugori, Uguri, Juguri nominantur. Antiquissimum nominis UGOR vestigium fortasse apud STRABONEM reperitur, celeberrimus enim geographus in nomenclatura gentium regiones inter Tanaim et Istrum incolentium populum quendam Jazygibus vicinum URGOS nominat: *ἡ δὲ ὑπειρκειμένη πᾶσα χώρα τοῦ λεχθέντος μεταξὺ Βορυσθένους καὶ Ἴστρου πρώτη μέν ἐστιν ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία, ἔπειτα οἱ Τυρεγέται* (fortasse Tussagetae PLINII) *μεθ' οὓς οἱ Ἰάζυγες Σαρμάται καὶ οἱ Βασίλειοι λεγό-*

[1] Histoire de L'Empire Ottoman. Constantinople, 1871. Tom I. Pag. 10.
[2] Memoires de l'Académie de St. Petersbourg. VI. Serie, tom. I. pag. 550.
[3] Lib. VII. cap. 64.
[4] Lib. II. cap. I.
[5] Z. d. D. M. G. Tom. XXVII. Pag. 583—591. BICKELL, die Gedichte des CYROLLANUS etc.

μενοι καὶ Οὖργοι, τὸ μὲν πλέον νομάδες, ὀλίγοι δὲ γεωργίας ἐπιμελούμενοι.[1] Si vero nomen Türegetarum cum nomine Tussagetarum Plinii idem esset, quod non dubito, *Urgos* quoque cum turcis Plinii unum eundemque populum significare firmiter crediderim. Jordanis nomen Hunnorum etUgurorum ita conjunxit, ut ii apud eum in loco sequenti nomine composito Hunugurorum nuncupentur: «Hunugori autem hinc sunt noti, quia ab ipsis pellium murinarum venit commercium»,[2] quamobrem «pellis» in lingua rabbinica אוּנְיָא, אוּנְיָי dicta esse mihi videtur,[3] nomen enim Hunnorum in idiomate syriaco interdum sub forma *Unoje* apparet.

Theophylactus Simocatta Uaros, id est Avaros et Chunos uno eodemqe nomine Ugoros dicit.[4] Nomen Khagani, quod supremum ducem apud Avaros significabat, nomina minorum dignitatum *tudun* et *jugur* (cf. verbum turcicum توتماق, quod non solum «tenere», «possidere», sed etiam «regnare» significat), ipsum celeberrimi Khagani nomen proprium Bajan (cf. čagataicum بای «dives», «princeps»), denominatio sacerdotum Avarorum a Theophylacto tradita[5]: *bokolabra*, cujus formae primam partem doctissimus P. Hunfalvy cum voce turcica بوکی comparavit,[6] Avaros gentem turcicam fuisse diserte comprobant. At non solum Hunni, Avari, Cumani, sed etiam aliae tribus turcicae terram Dešti Kipčak inhabitantes apud occidentales uno vocabulo Ugori denominati fuerunt. Jam doctus Olivieri, qui diplomata et libros reconditos historiae Januensis indefesse scrutatus est, annotavit: «lingva ugaresca o ugarica era forse l'idioma tartaro degli oïgurs (sic!) molto simile al Turco».[7] In diplomatibus Eliae et Iharcassii, originalis horum tractatum lingua «ogarescha» dicitur, at in alio tractatu de anno 1387, cum sex tantum annis post datum Eliae con-

[1] Lib. VII. cap. 3. 17.

[2] Jordanis hisce vocibus addidit: «quos tantorum virorum formidavit audacia».

[3] Vide Elias sub radice סרך in Tisbi et passim.

[4] Lib. VII. 8.

[5] Lib. I. 8.

[6] Magyarország Ethnographiája. Pag. 152.

[7] Histoire et Memoires de l'Institut Royal de France, classe d'Histoire et litterature ancienne. Tom. III. Pag. 117.

scripto haec eadem lingua jam non «ogarescha», sed «lingua tartarica» denominatur: «et praesentis instrumenti de lingua tartarica» etc.[1] Non solum Januenses, sed etiam alii scriptores occidentales Turcas Tauricae et chanati Dešti Kipčak «Ugores» nominabant. Nomen Ugor cum nomine Turcarum eponymo Oghuz idem esse videtur, historiarum enim scriptor persicus Rešideddin simul cum tribu «Oghuz» sequentes tribus: Kipčak, Kangli (cf. trium tribuum bissenicarum nomen Kangar), Karlïk, Kalaǵi, Agač-Eri et Uigur nemorat. In hisce formis ejusdem nominis: *ogor*, *ugor* et *oghuz* permutationis sibilantis cum *r* alterum antiquum exemplum conspicimus, cf. nomen a Plinio traditum Temerinda nomenque Neptuni scythicum Thamimasadas. Tribum[2] Oghuz Russi interdum *Polow-zi* nominabant, Polow-zi vero Cumanos significare constat inter omnes, Cumanos autem Theophylactus l. c. simul cum Avaris Ugoros nominat; his praemissis sequitur nomen Ugor et Oghuz ejusdem originis fuisse. Chalcondylas Oghuzorum duos principes Duzalpes et filium ejus Oghuzalpes cum Byzantinis bellum gessisse dicit. Tribus Oghuz postea «Turkomanorum» dicta est, at ramus quidam tribus Jomut Turkomanorum *Ogurčalï* et non *Oguzčalï* dicitur.[3] De origine autem Turcomanorum H. Kiepert l. c. pag. 58 haud dubitanter asserit, eos Daharum, Massagetarum, Parnorum progeniem esse. Ipsum nomen Ogur «secundam fortunam», «bonum omen» significat.

Cumanos Theophylactus uti jam vidimus, Ugoros, Ibn Foslan et alii scriptores orientales et occidentales Turcas, Georgius Cedrenus Scythas nominat: *τὸ τῶν Οὐξῶν ἔθνος γένος δὲ καὶ οὗτοι Σκυθικὸν κ. τ. λ.*[4] Plinius inter gentes, quae regiones a mari

[1] V. nostram dissertationem «Adalékok Krim történetéhez» («additamenta ad historiam Krimiae»). Budapest, 1873. Pag. 32—33.

[2] Histoire de l'Empire Ottoman par Th. D'Oksza. Tom. I. Pag. 11 (in annotatione).

[3] Čagataische Sprachstudien etc. von Hermann Vámbéry. Leipzig, 1867. Pag. 223.

[4] II. 582 editio Bonnensis.

Caspio orientem versus sitas incolunt, Commanos et Jatios memorat[5] ac prope portas Caucasiae castellum quoddam «Cumania» nominat: «Ab iis sunt portae Caucasiae, magno errore a multis Caspiae dictae, ingens naturae opus montibus interruptis repente, ubi fores obditae serratis trabibus, subter medias amne diri odoris fluente, citraque in rupe castello (quod vocatur *Cumania*) communito ad arcendas transitu gentes innumeras: ibi loci terrarum orbe portis discluso, ex adverso maxime Harmastis (al. edit. HERMASTI) oppidi Iberum»[1] (al. edit. HIBERUM). CLAUDIUS PTOLEMAEUS (138—180 p. Ch. n.) jam Cumanos prope Maeotin, inter Basternos et Roxolanos habitare dicit.[2] CORNIDES ad hunc locum in litteris cit. ad GEORGIUM PRAY annotavit: «Praecipuus Codex Ms. Graecus Ptolemaei membranaceus, e Bibliotheca Matthiae Corvini Regis in Augustam translatus, qui inter Codices graecos Mstos Historiae profanae Numero 1-mus est, quemque dedita opera inspexi, diserte habet: χούνοι.» Idem PTOLEMAEUS *Udos* (= Uzos) ad inferiorem Volgam habitare dicit. Cumanos longe prope mare Caspium in antiqua Parthia habitasse jam inde consequitur, quod Persae mare Caspium et بحر غز vel بحر غزه appellabant[3], quod nomen etiam apud Turcas invaluit. Flumen Kuma, quod a Caucaso oritur et in mare Caspium influit, nomen suum itidem a Cumanis cepit. Kumam antiqui «Udon» nominabant. — In libro «Ġihannuma» inscripto oppidum Cumanorum سوايخ memoratur, quam formam nominis per negligentiam scribarum a سوانج (سويونج) «laetitia», «faustum nuncium», «deliciae» corruptam crediderim: كسل ارماغنه قريب يرده قتابوزى نام شهر وايچرده جانقو ارماغنك كنارنده سوايخ نام شهر واردر كه تاتر مستولى اولوب تخريب اتمزدن اول بر مشهور ومعمور ير وكمانيلرك تختكاهى ايدى نوغاى تاتارى انى تجديد ايلدى. FRÄHN recte admonuit loco جانقو: جايقو legendum esse, id est Jaik, quod flumen PTOLEMAEUS Daix scripsit.[4] Cumani

[1] Lib. VI. cap. XVI.

[2] Lib. III. cap. 5. §. 19.

[3] V. KLAPROTH. «Notice de la mer Caspienne». Memoires relatifs a l'Asie. Tom. III. Pag. 272.

[4] Lib. VI. cap. 14. §. 2.

igitur non prorsus more nomadum vitam egerunt, sed uti ex verbis citatis intelleximus, principes eorum oppidum quoque regium habuere, quod post devastationem Mongolorum Nogai tandem restauraverunt. Usque ad finem IX seculi Cumani regionem inter Chazaros et Bissenos occupatam tenebant, tunc autem simul cum Chazaris in terram Bissenorum irruentes eos antiquis mansionibus depulerunt, sed nonnulli Bissenorum Constantino docente tandem in patriam reduces cum Uzis, id est Cumanis, amicitias conjunxerunt, attamen et postea — ad tempus saltem — inter se aliquantum diversi manserunt: *καὶ τοῖς λεγομένοις Οὔζοις συνῴκησαν καὶ μέχρι τοῦ νῦν εἰσιν ἐν αὐτοῖς ἔχοντες τοιαῦτα γνωρίσματα ὥστε διαχωρίζεσθαι αὐτοῖς καὶ νοεῖσθαι τίνες τε ἦσαν.*[1]) Religio Muhammedanica, quae in regnum Bulgariae jam seculo IX et postea in Chazariam quoque penetravit, etiam apud Cumanos propagata fuit, eam Cumanorum religionem scriptores ecclesiastici latini posteriores «ritum tartaricum» nominabant, ita e. g. Joannes diaconus Küküllőiensis: «Hic etiam gentem Chomanorum, ritui Tartarico involutam — ad fidem Catholicam converti procuravit (scilicet Ludovicus I. rex Hungariae)»[2] etc. Kazvini in cosmographia[3] annotat, Ghuzos sui temporis christianos esse; in hac re celeberrimus cosmographus manifesto erravit, attamen nonnullos Cumanos id temporis ad fidem christianam conversos fuisse, haud ita incredibile est. Kazvini post terram Ghuzorum regionem Kimak nominatam descripsit, quod nomen loco Kumak scriptum esse persvasum habeo, inter vocales enim *i* et *u* pronunciationis turcicae parum tantum interest. Kazvini ait, incolas hujus regionis scripturam propriam habere et Ghuzos monti sacro hujus terrae *Menkur* nominato cultum tribuere. Vox *menkur* mihi ex duobos vocibus *mengü* et *ur* composita videtur, quarum prima «aeternum», secunda «dominum» significat, cf. adjectivum cumanicum codicis Venetiani *mengü*, e. g. pag. 144 cod. *mengü*

[1] De administratione. Pag. 166, 167 ed. Bonnensis.
[2] V. Jerney l. c. Tom. 1. Pag. 59.
[3] Ed. Wüstenfeld. Göttingae, anno 1848.

*jïllar* «innumerabiles anni», «aeternitas» et vocem *ur*, quod non solum in lingua hungarica, sed etiam in lingua bulgarica «dominum» significat, v. «bellum Troianum» medio seculo XIV conscriptum.[1] Fortasse in nomine Scytharum «Sakaurak», qui regem Parthorum senio confectum *Sinatroklem* regem suum elegerunt, *urak* itidem dominum significat.[2] Cumanos posteriores artis scribendi gnaros fuisse Bohuslavus Balbini diserte dicit: «Superest hodieque aliqua barbarorum memoria non procul Evanczicio et Oslovanensi Coenobio, insigne templum Christianorum, in quo plurima Cumanorum sepulchra et saxa *litteris illorum incisa* spectantur, quibus saxis totum fere Templi solum stratum est, ut ipse vidi.»[3] Ceterum hanc Bohuslavi narrationem ego quidem vix veram esse putaverim. Cumani isti sub tempus Belae IV. regis Hungariae anno 1253 in Moraviam irrumpentes eam devastaverunt et a scriptoribus chronichorum bohemis «Latrunculi et Antiambulones nuncupantur.[4] Seculo XI Cumani jam ad Danubium quoque pervenerunt et ab eo tempore crebris incursionibus non solum principem Kijewensem et imperium byzantinum, sed Hungariam quoque molestabant. Johannes Scylitzes tribum Uzorum in imperium byzantinum incursiones ab anno 1064 fecisse dicit. Celeberrimus Turcarum princeps Alp Arslan in pugnis saepissime valenti Uzorum auxilio usus est, ita unus eorum dux Ansiz Ibn Abik imperio principis Turcarum Palaestinam subjecit. Edrisi totam Cumaniam longe lateque patentem sui temporis القمانيه nominavit, Rabbi Petachja vero Cumaniam non hoc nomine, sed קְדָר appellat. לשון קדר in litteratura rabbinica linguam arabicam significabat, sic vocabulum אבטיחים Aben Esra scribit esse notum מלשון קדר,[5] קדרים autem Tartaros sensu collectivo denominat. Cumanos cum Avaris conjunctissimos fuisse jam nomen Cher-

[1] Miklosich «Die Slavischen Elemente im Magyarischen». Viennae, 1871. Pag. 60.

[2] Lucianus «de vita longaeva» cap. 15.

[3] Epitome Historica rerum Bohemicarum. Pragae, 1677. Pag. 267.

[4] Jerney l. c. Tom. II. Pag. 107.

[5] Johannis Buxtorfii Lexicon etc. denuo edidit et annotatis auxit Bernardus Fischerus. Lipsiae, 1875.

MICHION diserte comprobat, de quo nomine THEOPHANES annotat, Persas eo Turcas denominasse,[1] at vox *cherm* inde ortum esse videtur, quod Persae falsa etymologia delusi nomen Avarorum *Uar* «locum munitum, prohibitum», id est حرم interpretati sunt, بارو enim in lingua persica fossam, locum munitum significat.[2] THEOPHILACTUS, uti jam vidimus, Ugororum duos ramos *Uar* et *chun* nominavit et THEOPHANES eosdem conjunctim a Persis *chermichion* appellatos esse asserit. Avaros igitur cum Cumanis arctissimo affinitatis vinculo conjunctos fuisse firmiter credo. Avaros PTOLOMAEUS Parnos vel Aparnos denominat et eos prope Hyrcaniam ait habitasse, at in illa regione jam ab antiquissimis temporibus Parthos habitasse constat. STRABO Aparnos Dahas esse dicit: *τοὺς δ' οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους*· Alio loco idem STRABO refert, unam partem Daharum a ceteris ultra Maeotin habitantibus secessisse et nomen Parnorum nactam esse additque hanc traditionem non omnium consensum merere: *Φασὶ δὲ τοὺς Πάρνους Δάας μετανάστας εἶναι ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Δαῶν, οὓς Ξανδίους ἢ Παρίους καλοῦσιν· οὐ πάνυ δ' ὡμολόγηται Δάας εἶναί τινας τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Σκυθῶν*·[3]

Cum hac traditione de origine Parnorum optime convenit JUSTINI relatio de origine Parthorum: «Parthi, penes quos, velut divisione urbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium est, Scytharum exules fuere. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur: nam Scythico sermone Parthi exules dicuntur».[4] Verbum turcicum *barmak* proprie «abire» significabat, quamobrem nomen Parthorum ex hoc verbo derivatum opinor, forma enim *bardi* «is, qui a suis secessit» facile significationem exulis accipere potuit. In forma *Parn-os d* post consonam *r* in *n* per-

[1] In PHOTII Bibliotheca. Berolini, 1824. Pag. 26.

[2] Cf. hungaricum *vár* «castellum», *város* «oppidum», cf. etiam in dialecto osmanica واروش «suburbium».

[3] Lib. XI. capp. 7. 9.

[4] JUSTINI Historiarum Philippicarum ex TROGO POMPEJO excerptarum lib. XLI. cap. I.

mutatum est. Parnos igitur cum Parthis eosdem esse jam ex verbis praecedentibus elucet, duae enim relationes in nominibus et in ipso facto optime concordant. Dahae Plinio docente cum Parthis easdem leges et consvetudines habebant: «Multitudo populorum innumerata, et quae cum Parthis ex aequo degat. Celeberrimi eorum Sacae, Massagetae, Dahae» etc.[1] De nomine Daharum (Δάαι, Δᾶαι) id tantum adjicio, hoc nomen CUNNINGHAM cum zendico *dahyu* «depopulator» interpretari,[2] G. RAWLINSON vero Dahas proximos Parthorum affines opinari.[3] Ex iis, quae supra diximus, id quoque sequitur, Cumanos cum Parthis conjunctissimos fuisse, quam arctissimam affinitatem GEORGIUS RAWLINSON libro citato hisce vocibus confirmat; «we must view the Parthians as the congeners of the . . . . Comans». Doctissimus BLAU Cumanos non solum Parthorum affines dicit, sed haec duo nomina eandem gentem turcicam significare non dubitanter existimat. Ex antiquo nomine Parthwa, Parthava secundum pronunciationem iranicam formam PAHLAV oriri necesse fuit et nomen Cumanorum apud Russos POLOWZI simul cum formis germanicis *val, fal* ad hanc formam iranicam reducendum est. Antiqua lingua Pahlav apud Persas proprie Arsacidarum linguam parthicam significabat,[4] sed temporum decursu Persae falsa etymologia delusi sub hac denominatione antiquissimorum heroum et regum persicorum linguam intellexerunt, vox enim پهلو in lingua persica «fortem», پهلوان vero «heroem» significat. Linguam *Pehlevi* nominatam, quam HAUG antiquitus dialectum semiticam fuisse dicit et quae, qualem nunc novimus, non prorsus turcica est, immo in sua elementa: persica et turcica facile dissolvi potest, BLAU lingua Parthorum turcica affectam fuisse quibusdam exemplis demonstravit, nonnullae enim glossae turcicae imperio Parthorum adhuc vigente in dialectos antiquiores persicas irrepserunt, unde etiam

[1] Lib. VI. Cap. XVII.

[2] Archaeological Survey of India (Simlae, 1871). Tom. II. Pag. 47.

[3] The sixth great oriental Monarchy. Londini. 1873.

[4] OPPERT in Journ. As. 1851, Févr. pag. 279.

in dialectos aramaicas penetrabant, tales glossae sunt: كُمْشَرَى, turcicum or. كميرتة «pirum»,- aramaeum אכרום vel כְּרום «fuligo», turcice *korum*, — סמור, parthicum *σίμωρ*, — בסתרק «pulvinar», turcicum or. *basturuk*, — talmudicum פוזמקין, פּוּזְמָק «calcei lanei», persicum باشمق, cf. turcicum *basmak*, — טנגיר «orbis, discus», persicum تنگیره, turcicum or. *tagar*, jacuticum *tañ*, turcicum occ. طنجیره, — אסטר, turcicum or. *ast.*[1] Non solum glossae praedictae, sed etiam concordantia narrationis «Gôsht-i Fryânô» pehlevicae cum quodam textu kirgizico a Radloff edito, quam concordantiam Reinholdus Köhler in summa perfectam esse demonstravit[2] (Kirgizos H. Kiepert Sacarum progeniem dicit), ipsaque natura et indoles linguae persicae, quae in quibusdam rebus indoli linguarum turcicarum maxime congruens est, Persas cum Turcis, imprimis cum Parthis insigne ac longum habuisse commercium evidenter comprobant. Scriptores persici Parthos docente Vullers تورى nominabant, quod nomen in lingua persica Turcas designare notissimum est.

Nonnulli scriptores occidentales Cumanos plane Parthos nominabant et uti jam nunc post supra dicta asserrere possumus, haud immerito. Radevicus de Cumanis ita scripsit: «quo viso Poloni de tam improviso malo percussi, et vehementer exterriti, cum jam nihil praeter exitium sui, et destructionem terrae superesse viderent, quamvis auxilio vicinarum gentium, Ruthenorum videlicet Parthorum, Pruschorum et Pomeranorum maximum collegissent exercitum, in sola fuga spem vitae constituunt.[3] Locum precedentem et ea, quae sequuntur, vir insignis eruditionis J. Jerney in dissertatione «Parthia» inscripta, quam volumini II. operis «Keleti utazás» («itinerarium orientale») adjunxit, jam anno 1851 publicavit. Vincentius Kadlubko scriptor historiarum polonus († 1223) in sequentibus Cumaniam Poloniae vicinam Parthiam Cumanosque Parthos nominat: «Istorum (Polonorum) vero hinc usque Parthiam, isthinc usque

[1] Z. d. M. G. Tom. XXIII. Pag. 268—273.
[2] Z. d. D. M. G. Tom. XXIX. Pag. 633—636.
[3] Muratorii Scriptores rerum Italicarum. Mediolani, fol. Tom. IV. Pag. 712.

Ungariam, illinc usque Carinthiam crevit accessio.» Item «Rursus Sbigneo muliebriter illacrymante PARTHI Poloniae fines populantur, quos trans flumina tandem consequitur Boleslaus, et hostes passim fundens, captivos suos ense redimunt, et Praedones in praedae praedam convertit.» Item «Verum ille PARTHICO plus quam PARTHUS fugam eligit potius et Marii exemplo in Mazoviae carectis delitescit.» Porro «Adest namque Dux Belziae Vseuoldus cum Principibus Laodomiriensium praecipuis, cum electis Tibianorum turmis, cum Parthorum millibus urbis subsidio.« Denique «Romanus (Dux Haliciae) Duci Leszkoni obnixe supplicat, eum perpetuo ut famulatu sibi obliget, ut ejus obsequio cunctis Ruthenorum Principibus ac PARTHORUM per ipsum partibus imperaret.» [1] Anonymus Saxo de Russis et Cumanis a Mongolis anno 1222 devictis in hunc modum scripsit: «Temporibus istius Imperatoris quidam exercitus de Asya exiens, qui juxta fluvium, qui Than appellatur, habitabant, invaserunt PARTHOS, quibus Rutheni auxilium ferebant, commiseruntque cum Thataris praelium, et victi sunt. Conciderunt itaque de Rutenis et PARTHIS ad centum millia hominum.» [2] In chronicis livoniensibus de eodem facto ita refertur: «1221. Eodem anno fuerunt Tartari in Terra Valvorum paganorum, qui Parti a quibusdam dicuntur. — Et pugnaverunt Tartari cum eis, et debellarunt omnes in ore gladii, et alii fugerunt ad Ruthenos petentes auxilium ab eis.» [3] THEOPHANES Byzantinus, uti vidimus, Avaros et Cumanos loco citato Massagetas nominavit, genus Massagetarum vero ab antiquis scriptoribus, ita e. g. ab AMMIANO MARCELLINO saepenumero cum Parthis adeo confunditur, ut unum ab altero vix distingui possit. Parthos vicissim nonnulli scriptores expresse Hunnos dicunt atque apud eos Hunnorum nomen proprie Cumanos significat, NICEPHORUS GREGORAS enim diserte dicit: *Οὖννοι δὲ ὗτοι καὶ κόμανοι ἐκαλοῦντο.* [4] Hunnos, uti jam vidimus, scriptores

[1] DLUGOSSI Hist. Polon. Lipsiae, 1712. Tom. II. Pag. 604. 675, 682, 787. 814.
[2] MENCKENII Scriptores rerum Germanicarum. Lipsiae, 1730. Tom. III. Pag. 123.
[3] GRUBERI Origines Livoniae. Francofurti, 1740. Pag. 150.
[4] Hist. Byz. Lib. I. Pag. 36. (ed. Bonnensis).

orientales et byzantini Turcas dicunt, ita THEOPHANES,[1] THEOPHYLACTUS[2] et alii. — Gentes turcicae ab antiqua Parthia usque ad Pontum Euxinum contagione linguarum, morum et diversarum institutionum gentes vicinas iranicae originis per longissimum tempus haud parum afficiebant, ita e. g. vocabulum parthicum *karta* et *kerta* BLAU docente in omnibus iis regionibus (solum vel in compositione) nomenclaturae geographicae inserviebat, quas regiones a Caucaso usque ad Oxum sitas gentes turcicae originis olim occupatas tenebant, hoc autem vocabulum, uti ASINIUS QUADRATUS annotavit, in lingua Partorum urbem significabat: *τὸ δ' ἐστὶ τῇ Παρθυαίων φωνῇ . . . πόλις.* Hoc idem vocabulum etiam in quibusdam nominibus geographicis persicis, e. g. DARABGIRD, WALASHGIRD obvenit. Paulo ante vidimus Parthorum cum Persis commercium et nunc de vestigiis hujus contagionis in antiquam linguam Armenorum pauca tantum producemus. MORDTMANNUS in dissertatione «Entzifferung und Erklärung der armenischen Keilinschriften von Van und der Umgebung»[3] de formula perquam usitata *Anaidinini usvasini* annotavit, formam *Anaidini* vel potius *Anaidinin* in genitivo positam esse et in hoc exemplo eadem turanica contagio conspici potest, quam jam in versione Bibliae a MESROP confecta et in scriptis antiquissimorum historiographorum Armeniae MOSIS CHORENENSIS, EGHISAE et aliorum vidimus. MORDTMANNUS genitivum praedictum apposite cum suffixo genitivi turcici نينك vel ذونك comparandum opinatur et nomen summae divinitatis Armeniorum *Anait* e duabus vocibus *an* et *ai* compositum esse dicit, quarum prima cum notissimo nomine divinitatis turanicae *an*, secunda vero cum voce turcica آی «luna» convenit.

[1] Οὖννοι, οὓς καὶ Τούρκους λέγειν εἰώθαμεν. Item Οὖννοι, οὓς καὶ Τούρκους ἀποκαλεῖν τοῖς πολλοῖς γνωριμώτερον. Lib. 1. Pag. 378. Item Pag. 47. (ed. Bonnensis).

[2] Τῶν Οὔννων τοιγαροῦν τῶν πρὸς τῷ βορρᾷ τῆς ἑῴ οὓς Τούρκους ἔθος Πέρσαις ἀποκαλεῖν. Pag. 124. editionis Bonnensis.

[3] Z. d. D. M. G. Tom. XXVI. Pag. 470, 471, 493.

## VI.

In semiticorum populorum litteris genealogia insignem obtinuit locum. Assyri, Arabes et Hebraei genealogiae alte repetendae curam solicitissime semper egerunt. Quare scriptores hebraeos posteriores Chazarorum et aliarum tribuum turcicarum iis affinium genealogiam conscripsisse non est, quod miremur. Peregrinator hebraeus seculi IX. *Eldad ha Dani* in libro de decem tribubus israeliticis genealogica quoque scripsit, sed relatio ejus solummodo abbreviata superest. Josephus ben Gorion in libro ei attributo[1] (סֵפֶר יוֹסֵף בֶּן גוֹרִיוֹן) sequentes dicit esse filios Togarmae:

תוגרמח הם אשר משפחות מהם כוזר ופצינך ואליקנום ובולגר ורגבינא וטורקי זבוז וזבוך ואונגרי וטילמץ כל אלה חונים בצפון ושמות ארצות אל שמותם והם חונים על נהרי היתל הוא אטל אך אונגר ובלגר ופוצינך חונים על הנהר הגדול הנקרא דנובי.

Nomen אליקנום Harkavy optime in אללאנום correxit, hoc enim nomen etiam a Constantino Porphyrogeneta simul cum Chazaria et terra Bissenorum memoratur: *ἀπῴκισται δὲ ἡ Πατζινακία ἐκ μὲν Οὐζίας καὶ Χαζαρίας ὁδοὶ ἡμερῶν πέντε, ἐκ δὲ Ἀλανίας ἡμερῶν ἓξ κ. τ. λ.*[2] Nomen רגבינא, uti Harkavy ad hanc vocem recte admonuit, pro ברגיני scriptum esse videtur. Burugundos Agathias cum Hunnorum aliis tribubus, cum Kutriguris, Utiguris (Kuturgur, Uturgur) conjunctos memorat et eos expresse dicit tribum quandam Bulgarorum fuisse: «hi omnes .... et Hunni vocitabantur, seorsum tamen et per generationes .... partim Cotriguri appellantur, partim Ultizuri, partim Burgundi, partim alias» etc. («De bello Gothorum et aliis peregrinis historiis.» Lib. IV. secundum versionem Christophori.) Nomen בוז sane pro גוז scriptum reperitur, copista enim hujus loci ansulam *g* paulum protendens ejus formam facile in *b* transmutare potuit. Rex autem Chazarorum Josephus in litteris ad R. Chasdai sequentes dicit esse X filios *Togarmae*:

[1] J. Fürst Bibliotheca Judaica. Lipsiae. 1863. Tom. II. Pag. 111—112.

[2] «Testimonia scriptorum hebraeorum de Chazaris.» Petropoli, 1874. Pag. 48.

1. אוגרי (Ugri)
2. תירוש (Dursu)
3. אוור (Avari)
4. אונין (Hunni)
5. ביזל (Basilii)
6. תרנא (Tarniach)
7. כזר (Chazari)
8. זגור (Zagora)
9. בלגר (Bulgari)
10. סאויר (Sabiri)[1]

HARKAVY pro אונין rectius אוגוז legendum existimat, at PAULUS CASSEL quidem hanc diversam lectionem non accipit. Ego vero sub nomine Hunnorum hujus nomenclaturae expresse Cumanos intellectos fuisse firmiter credo, qui enim quaeso Hunni X seculi simul cum Avaris, Bissenis, Bulgaris memorati esse possunt, nisi Cumani fuerunt? Nomen ביזל doct. CASSEL cum *Βασίλειοι* STRABONIS comparat, quos vetusta quaedam versio latina perperam regios interpretatur; ecce locus STRABONIS: *μεθ' οὓς οἱ Ἰάζυγες Σαρμάται καὶ οἱ Βασίλειοι λεγόμενοι καὶ Οὖργοι*[2] *κ. τ. λ.*

De his Basileis THEOPHANES a CASSELIO citatus in hunc modum scripsit: *μέγα ἔθνος τῶν Χαζάρων ἀπὸ τοῦ ἐνδοτέρου βάθους Βερζιλίας τῆς πρώτης Σαρματίας.*[3] BARHEBRAEUS in chronicis nomen ברסאלאי habet.[4] Gens תרנא cum *Τάρταν* CONSTANTINI chazaricae originis eadem esse videtur. Sabiros PROCOPIUS diserte Hunnos appellat. טילמץ nomenclaturae JOSEPHI ben GORION doct. CASSELIUS apposite cum themate bissenico *Τάλματ* comparavit *(Βοροτάλματ, Τάλματ)*. — KAZVINI in cosmographia Guzos simul cum KIMAK, Bissenis, Kirgizis, Karlikis, Chazaris, Baškiris, Ġekelis, Tataris Tagazguzis nominat, eorumque omnium terram breviter descripsit. ĠEKELOS cum tribu Bulgarorum اسغل comparaverim,

[1] Der Chazarische Königsbrief etc. von dr. PAULUS CASSEL. Berolini, 1877. Pag. 71.

[2] Lib. VI. cap. II. 17. (editio Teubneriana).

[3] Chronographia I. 547.

[4] CASSEL, pag. 92.

quos Ibn Dasta simul cum برصولا et بولغار nominat. De Tagazguzis id tantum admoneo, eos doctissimus Frähn Tunguzos fuisse opinatus est. Scriptores persici et turcici morem Arabum in hac re sequti item ad genealogias ethnologicas conscribendas animum adhibuerunt, ita *Mirchond, Rešideddín, Abulghâzius* et alii. Rešideddin septem principales tribus turcicas enumeravit 1. Oghuzos, quos postea Turcomanos nominabant, 2. Kipčakenses 3. Kalaǵienses 4. Karlikos 5. Kanklienses 6. Agač Eri 7. Uiguros. Cumanos hoc loco nomine Oghuzorum nominatos fuisse persvasum habeo, quid enim aliud nomen *ghuz* scriptorum orientalium esse potest, quam forma abbreviata antiquissimi nominis *Oghuz*, quo nomine geographi et historici Arabum et Persarum olim potentissimi generis Parthorum descendentes appellabant. Ipsum vero nomen *oghuz* cum altera hujus nominis forma *ogur* idem olim fuisse jam diximus. Nomen *Kanglï* uti vidimus, nobilissimorum trium tribuum Bissenorum nomen erat et quod ad Karlikos pertinet, eos etiam Kazwini in cosmographia nominavit. Ex hisce genealogiis, quae sane pro stricte ethnologicis minime habendae sunt et in quibus etiam ad geographiam, nimirum ad geographicas auctorum genealogiarum notiones respectus semper habendus est, manifesto apparet, Cumanos quarum gentium turcicarum proximos affines et vicinos existimatos fuisse, ex iis porro genealogiis et hoc videre possumus, Cumanos et tunc ad Volgam habitasse, quum Bisseni Moldaviam, Bulgari Moesiam jam occupatam tenebant, Josippon enim diserte dicit: והם חונים על נהרי היתל הוא אטל אך אונגר ובולגר ופוצינך חונים על הנהר הגדול הנקרא דנובי. Haec ipsa relatio in textu arabico a Kunik edito ita sonat:[1] وبعضهم يسكنون على نهر اطيل والنلغر (بلغر) والبجناق وانغر يسكنون بين جبال دنوبين وهو دنا (طونا osmanice) Avaros et Cumanos quando a stirpe communi secessise non liquet. Avaros sub nomine Parnorum jam Strabo, Cumanosque Plinius diserte memorant. In nomine regionis Scythiae *Hunnivar*, in quam regionem exiguum exercitus Ellak residuum tanquam ad asylum confugit, fortasse eadem nominum *Hun* et *Uar* con-

[1] Harkavy l. c. pag. 74.

junctio inest, quam in forma *Varkun, Khermichion* vidimus. Jordanis de nomine praedicto in hunc modum scripsit: (residuum exercitus Hunnorum) «eas partes Scythiae peteret, quas Danapri amnis fluenta praetermeant, quae lingua sua *Hunnivar* appellant.» Cumani diu regionem litoralem fluminis Jaik inhabitantes illic oppidum quoque habebant a principibus eorum inhabitatum, quod oppidum auctore libri «ǵihannuma» admonente Seviný nominatum fuit. Kazvini senes apud populum terrae Kimak deorum honore affectos esse dicit et de Ghuzis id quoque memoriae prodidit, doctrinam christianam apud eos propagatam fuisse, sed uti videtur, hoc primum conversionis tentamen optato effectu caruit. Jam vidimus, doctrinam Corani in Cumaniam penetrasse et minime dubitamus, religionem Muhammedanicam, quae in Cumania non solum propagata est, sed etiam in hoc solo radicem sumsit, in animis Cumanorum quaedam mitioris educationis semina sparsisse. Cumanos etiam cum Persis diutinum et varium habuisse commercium constat, in lingua enim cumanica codicis Venetiani non ita paucas conspicimus voces, quarum origo persica in dubium vocari minime potest, ita e. g. *mihir* «affectus» مهر «amor», مهربان «amicus» etc., — pag. 145. cod. *dider: koanalim dideringä* «gloriemur in vultu tuo», cf. دیدار «vultus», — in eadem pagina *ǵan* «mundus», cf. جهان, — *baha* «pretium», cf. بها, — pag. 148. *gu* «vox»: *bu gulardenulam* «iis vocibus dictis», cf. گفتن, گوی «loqui», quod tamen voc. etiam cumanicum esse potest. Etiam in columna vocabularii cumanica haud ita paucae glossae persicae originis leguntur.

Tempore potentissimi Turcarum principis Dizabul Avari Cumanique ab eo devicti et subjugati animosae oppositionis crudeles poenas expenderunt. Dizabul in hocce bello hostem usque ad Volgam persecutus regionem Avarorum Cumanorumque ubique ferro et igni devastavit. Progressu temporis Uarchonitae tandem a durissimo jugo liberati ex antiquis mansionibus emigrantes usque ad Danubium penetraverunt et in antiqua Pannonia potentissimum Hunnorum regnum saltem ad exiguum temporis restauraverunt. Cumanorum, uti mihi videtur,

maxima pars in antiqua patria remanens, tandem maxime exoptatae libertatis potita est. Aliae tribus Ghuzorum a Cumanis separatae in antiquis terris Massagetarum, ad septemtrionem regionis Ǵaǵ more nomadum vitam egerunt, quarum celeberrimus geographus Belchi expresse sub nomine Guzzorum mentionem fecit. Cumani, quos scriptores graeci Uzos appellabant[1], dominium suum jam seculo X a flumine Ural usque ad Volgam protenderunt. Statu eorum florente vitam per artes commerciumque excoluerunt et forsam jam hoc ipso tempore scribendi quoque ars apud eos introducta fuit. Haec Cumanorum propria scriptura certo ea fuit, quae «uigurica» dicitur. Januenses de quibusdam diplomatibus diserte annotant, ea de lingua cumanica in linguam latinam conversa fuisse et de his ipsis diplomatibus id quoque tradunt ea in «littera ugaricha», scripta esse. Hoc nomen «littera ugaricha», uti in additamentis ad historiam Crimeae demonstrare constitui, nihil aliud significat, quam eam ipsam scripturam uiguricam, quam etiam chagani Dešti Kipcsak evidenter a Cumanis adoptaverunt. Hanc ipsam scripturam Julianus ex ordine Praedicatorum «litteras paganas» appellat, quas eodem Juliano teste Cumanus quidam paganus non solum legit, sed etiam interpretatus est: «Nos autem cum transivimus per Cumaniam paganum quendam invenimus, qui nobis eas est interpretatus«. Cumani seculi X cum Chazaris crebras et perquam cruentas habuerunt pugnas, iique incursiones in territorium chazaricum teste Masudi semper hiemi fecerunt, quum Volgam congelatam transgredi facile fuit. Anno 1044 Cedreno docente Bisssenos et paulo post principem Russorum quendam ex improviso irruentes tandem anno 1065 per terram Bissenorum usque ad Danubium pervenerunt, unde etiam in imperium byzantinum impetum fecerunt. Haec tamen expeditio Cumanis male successit, maxima enim pars exercitus eorum lue pestifera interiit, nihilominus alius Cumanorum exercitus

[1] Iidem Cumani, quos scriptores orientales arabici et persici Guz, Guzz vel Gïzz nominant, a scriptoribus graecis byzantinis «Uzi» appellantur.

jam anno 1067 cum duobus tantum annis post jacturam factam magnum ducem Kijevensem oppugnans eum suosque in fugam vertit. De prima harum duarum incursionum hic amplius aliquantum disseremus. Turma Uzorum 600,000 hominum (quem numerum Graecorum timor invenisse videtur) anno 1065 mulieres, pueros, pecus et omnia utensilia secum auferens scaphis Danubium transgressa in Bulgariam byzantinam irruit. Illo tempore duces Basilios Apokapios et Nikephoros Botoniates custodiam castellorum graecorum ad Danubium tenebant, quos Uzi post victoriam captivos fecerunt. Tunc demum una pars victorum in provincia Bulgarorum considere voluit, altera vero Balcanum montem transgressa totum imperium ferro et igni devastans Graeciam usque venit. Constantinopoli de regno desperaverunt, quia adversario valentissimo resistere impossibile videbatur. Nonnullorum consilium erat, ut incolae urbis amplissimae eam derelinquentes in Asia minori novam sibi quaererent patriam, alii imperatorem palam et publice vituperaverunt, cujus culpa exercitus periit, totique imperio exitium affertur. Autumno Constantinus Dukas solum 150 militibus comitatus prope oppidum Choerobachi (quod situm erat ad meridiem versus ab urbe Hadrianopoli) castra posuit. Tunc temporis in castris innotuit, Uzos partim gladio Bissenorum et Bulgarorum, partim lue pestifera consumtos esse et duces eorum trans Danubium aufugisse, duos vero duces Graecorum captivos tandem libertatem recuperasse.[1] Aliquot decenniis transcursis Cumani victoriosi denuo ad Danubium pervenerunt et anno 1071 per Transsilvaniam septemtrionalem in planitiem quoque Biharensem penetraverunt.[2]

Cumanos praeda graves rex Solomon assecutus est, eosque licet a superiori loco pugnarent, ad internecionem delevit. Triennio post Bulgari et Bisseni quum idem tentassent, eundem

[1] Vid. «Byzantinische Geschichten» von Aug. Fr. Gfrörer, herausg., ergänzt und fortgesetzt von Dr. J. B. Weiss, Gratiae 1877. Tom. III. pag. 668—669.

[2] V. hanc succintam historiam incursionum Cumanorum apud doct. Roeslerum «Romänische Studien». Pag. 329—330.

exitum habuerunt. Paulo post Cumani denuo in Transilvaniam se effuderunt, ferro atque igni longe lateque omnia depopulati sunt, sed eos rex LADISLAUS devicit. Ab eo tempore magna Cumanorum pars Bissenis devictis Moldaviam terrasque ei adjacentes usque ad invasionem Mongolorum occupatas tenebat. In quibusdam nominibus geographicis Moldaviae Bissenorum memoria adhuc viget, ita pagus quidam Moldaviae BEZNOASZA, alius pagus BEZEST nominatur (nomen BESENYŐ etiam in Transilvania occurrit). Cumani, Hungarorum vicini e Moldavia, quam seculo XIII. et XIV. expresse «Cumaniam» nuncupabant, saepissime in Transilvaniam, Hungariam et in imperium byzantinum irruentes locos cultos et inhabitatos devastabant. Dynastia bulgarica Assenidarum Cumanos sibi associans eorum ope adjuta anno 1186 regnum bulgaricum restauravit et in sequentibus quoque bellis contra Byzantinos Cumani semper magnam partem habebant. De propagata ad Cumanos hoc tempore fide christiana celeberrimus PRAY in hunc modum scripsit: «Prima, inquit — omnium propagatae apud Cumanos in Moldavia Religionis Christianae vestigia in Chronico Belgico reperio in haec verba ad annum MCCXX. *In Hungaria Magister* ROBERTUS *Vesprimiensis, Vir bonus, et religiosus in Leodiensi Dioecesi natus, factus fuerat Archiepiscopus Strigoniensis: cui cruce signato, et in procinctu itineris constituto occurrit filius Principis de Comania, et ait: Domine baptisa me cum duodecim istis, et Pater meus veniet ad te ultra silvas in tali loco cum duobus millibus virorum, qui omnes desiderant de manu tua baptisari: quo facto abiit Archiepiscopus ultra silvas in occursum patris illius, et ibi baptisati sunt, Deo dante, quindecim millia hominum* (PISTOR. script. rer. Germ. Tom. III. pag. 242). Sed haec aut occupata sunt, aut in Roberto Archiepiscopo error cubat, qui id temporis nondum ad Strigoniensem Cathedram ex Vesprimiensi traductus erat. Rursus ad annum MCCXXVIII. (apud Odoricum RAYNALDUM), conver. ionis memoria in eadem Gente occurrit, adjecto etiam Episcopo, cui Theodorico nomen fuerit, quique omnium fortasse primus genti Cumanorum datus Episcopus sit, ut

habet Albericus Monachus trium fontium: *Archiepiscopus* inquit, ROBERTUS *Strigoniensis de Hungaria, novum fecit Episcopum in Comania* THEODORICUM *nomine* (ad an. 1228. p. 527). Quo fit, ut mihi nullo negotio persvadeam Episcopatum Cumanorum, a Roberto Strigoniensi erectum, qui ante octo annos Gentis principem, dum Vesprimensis Episcopus erat, ac profectionem in terram Sanctam moliretur, cum quindecim millibus sacro fonte abluerat. Quamdiu autem hic Episcopatus duraverit, arduum est decernere. Ab Theodorico iterum Episcopus Cumanorum, sed anonymus comparet in litteris Gregorii IX. ad Belam IV. anno MCCXXXV. Perusio VII. Calendas Decembris datis (ex regest. Gregorii IX. Epist 282.); quibus Regi nunciat, se ex insigni laborum fructu, quem Frater Paulus Hungarus, et Hyacinthus Odrovansius, uterque ex Sancti Dominici familia apud Cumanos fecissent, permotum esse, ut genti Episcopum daret, rogare se itaque Regem, ut Episcopo Ecclesiam Cathedralem erigi curaret, dotaretque fundis, ex quibus dignitatem cum honore tueretur. Qua in re an Rex morem Pontifici gesserit, non constat, quamvis contrarium magis verisimile appareat, cum ad annum MCCLXXIII. THOMAM Cumanorum Episcopum in Hungaria egisse comperiam ex litteris quibus Capitulo Strigoniensi significat, se inter Cives Strigonienses, et ejusdem Civitatis Archiepiscopum pacem ex Regis mandato confecisse. (Litterarum hoc initium est: *Reverendis in Christo Patribus, et Dominis Capituli Strigoniensis* THOMAS *Cumanorum humilis Minister* &c.) Abhinc tametsi per intervalla crebrae in Moldaviam profectiones a viris sacris susceptae religionis causa fuerint, tamen nullum qui statariam operam isthic navasset, Episcopum invenio. Ex quibus conjicio, et Episcopos Cumanorum ut plurimum Regionarios, et Episcopatum hunc a Milkoviensi omnino distinctum fuisse.»[1] Simul cum Cumanis et multos Bissenos fidem christianam amplexos esse minime dubitari potest, Bisseni enim a Cumanis devicti sensimque cum iis in

[1] Specimen Hierarch. Hung. Pag. 415, 417.

unum corpus conflati evidenter se etiam in rebus religiosis ad voluntatem victorum conformabant. Josephus Benkő, vir multarum litterarum, in puncto episcopatus Milkoviensis sententiae cl. Pray neutiquam adhaeret episcopatumque Cumanorum cum Milkoviensi eundem esse adfirmat, cujus rei validissimum argumentum in sequenti tenore litterarum Theodorici, episcopi Milkoviensis ad decanos Siculorum contentum esse dicit: «Theodoricus — — — quid vobis officit nominis mutatio, eadem manente Episcopatus erga vestram Nationem ratione et virtute? Nonne in Ecclesia Christi D. lupum et agnum una pasci convenit? Quidni etiam Siculum cum Comano, et Olahoque *(Valachoque)*? Respicitne Deus Personam? acceptos habet e quavis natione, qui eum timent et operantur justitiae; et e diversitate gentium linguarumque, in unitatem Fidei suos congregat. Audite Apostolum dicentem, non esse Graecum, vel Judaeum, non Barbarum, vel Scytham. — —» Hunc litterarum tenorem Benkő sequentibus vocibus commentatus est: «Hanc litterarum partem, quae profecto debet nobis auro contra esse chara, inter scripta Jos. Teutschii Saxonis Coronensis, quem «Transilvaniae» meae Tom. II. p. 527, laudavi, repertam, utinam aliquis cum ceteris membris manifestaret: ita forsan conspiceremus ex integris litteris aliquam Cumanorum Episcopatus lucem. Ego quidem incassum usque ad hanc diem quaquaversum perscrutatus sum. Quod ad hanc vero particulam adtinet, obtinui hac inscriptione: *Literae* Theodorici *Episcopi ad Decanos* Zekelios. Dubium non est, per Zekelios hujus librarii Saxonis, intelligendos esse Siculos, quo nomine hodieque a Saxonibus vocantur; immo Siculus ipsimet Siculo Székely, antiqua scriptione Zekel, scribitur, nominaturque. Theodoricum autem fuisse eundem Cumanorum Praesulem, cujus not. 2. a. mentio facta est, ipsa verba litterarum arguunt. Si quid proinde conjectura adsequor; aegre ferebant Siculi, Episcopatui Milkoviensi pro ipsis condito, a Cumanis nomen inditum esse: oderant enim illam gentem, nimirum, quae multa hostilia adversus Siculos, Hungarosqe, saepius patraverat. Videntur porro eaedem litterae innuere, Cumanos hos, utut prima

origine Hunnicos homines, a Siculorum lingua et cognatione jam tum defecisse.»[1] Cumanos posterius a fide christiana saepissime defecisse e nonnullis litteris et bullis pontificum comperimus, ita ex litteris Bonifacii IX. et aliorum. Thuroczi in chronicis Hungarorum de re Ladislao diserte dicit: «Cumanice, et non Catholice conversabatur». — Mongoli Bela IV. in Hungaria regnante densissimi locustarum examinis instar superatis Riphais montibus Cumanorum, Alanorum et Russorum regiones Moldaviam versus quotidianis vexabant incursionibus, nimirum anno 1235 regionem inter Volgam et Cumam, ab anno 1237 terras principum russorum devastabant. Cumanorum una pars e Taurica ad Russos, altera ad imperatorem byzantinum refugit, alii vero se ad fratres Moldaviam et Valachiam inhabitantes receperunt. Cumanorum Moldaviae princeps, Kuthen nomine, simul cum suis a rege Hungarorum in Hungariam receptus sedes ei et suis assignatas occupavit, sed Rogero docente antequam simul cum gente sua in novam patriam transmigrasset, solus venit ut linguam regni ediscceret.

Frater Julianus de ordine praedicatorum Baškiriam, id est Dentiam chronicorum hungaricorum[2] (quam regionem Ibn Dasta «Moǵgarije» et ipse Julianus «magnam Hungariam» nominabat) peragrans anno 1237 de progressu dominii Mongolorum comperit ac redux in patriam litteras ducis mongolici ad regem Hungariae sibi commissas huic tradidit. Has litteras primum liber baro Hormayr-Hortenburg[3] et cum aliquot annis posterius Jerney publicavit. Ecce tenor litterarum: «Ego chayn nuncius regis celesti cui dedit potentiam super terram subicientes mihi se exaltare et deprimere adversantes. Miror de te Hungarorum regule, quod, cum ad te miserim tricesima vice legatos, quare ad me nullum remittitis ex eisdem, sed nec nuntios tuos nec literas mihi mittis. Scio quod rex es dives et potens, et multos habes sub te milites solusque gubernas ma-

[1] «Milkovia». Viennae, MDCCLXXXI. Tom. I. Pag. 115, 116, 117.

[2] V. cl. Pauli Hunfalvy «Magyarország Etnographiája». Pag. 285, 286.

[3] Die goldene Chronik von Hohenschwangau der Burg der Welfen, der Hohenstauffen und der Scheyren». Monachi, 1842. Pars. II, Pag. 68. 69.

gnum regnum. Ideoque te mihi difficulter subicis sponte tua. Melius tamen tibi esset et salubrius, si te subiceres mihi sponte. Intellexi insuper quod Cumanos servos nostros sub tua protectione suscepisti, unde mando tibi, quod eos de cetero apud te non teneas et me adversarium non habeas propter ipsos. Facilius enim est Cumanis evadere quam tibi, quia illi sine domibus cum tentoriis ambulantes possunt forsitan evadere. Tu autem in domibus habitans habes castra et civitates, quomodo effugies manus meas?» BELA IV. rex Hungariae, uti etiam ex litteris imperatoris FREDERICI II ad regem Angliae scire possumus, per nuncios Mongolorum aliquoties rogatus erat, «ut si suam vitam cuperet et suorum, per suam et regni sui deditionem, eorum gratiam festinius praeveniret.»[1] JULIANUS de litteris ducis Mongolorum haec quoque memoriae prodidit: «Misit ergo legatos (dux Mongolorum) ad regem Hungariorum, qui venientes per terras ducis de Sudal et literas regi Hungariorum missas dux ille recepit ab eis et legatos ipsos cum sociis mihi deputatis etiam vidi. Predictas literas a Noe duce de Sudal mihi datas ad regem Hungariorum deportavi. Litere autem scripte sunt literis paganis et lingva tartarica. Unde rex qui eas possint legere multos invenit, sed intelligentes non invenit. Nos autem cum transivimus per Cumaniam (evidenter per Bessarabiam et Moldaviam) paganum quendam invenimus qui nobis eas est interpretatus. Hec sunt autem que litere continent etc.» Ex vocibus «Unde rex qui eas possint legere multos invenit» facile comperimus, inter Cumanos haud ita paucos fuisse, qui scripturam uiguricam («litteras paganas») legebant. Post discessum Mongolorum a regno Hungariae rex BELA velut ex ingenti naufragio civium reliquias collegit, terrasque desertas et devastatas cultoribus assignavit et Cumanis quoque, quos per totam Hungariam dispersos invenit, sedem fixit eosque ad fidem christianam amplexandam compulit. Attamen Cumani neque sub

[1] MATHAEI PARIS «Historia Major». Parisiis, 1645. Pag. 496. V. JERNEY dissertationem de hoc argumento in annalibus academiae scientiarum hungaricae (Budae, 1846. Tom. VII. Pag. 118, 119).

tempus Ladislai III christianismo sincere addicti erant et habitationem in domibus solo fixis christiano more aegerrime ferebant. Cumani Hungariam inhabitantes sensim sensimque cum Hungaris in unum corpus coalescebant temporumque progressu et usum idiomatis vernaculi amittebant. Sigismundo regnante linguam cumanicam adhuc usitatam fuisse ex sequenti regis mandato scimus: «Jubente aliquando Sigismundo imperatore, secedere paululum omnes, qui cumanum nescirent.» Magna Cumanorum pars, quae Moldaviam et Valachiam inhabitabat, tandem Valachorum religionem, linguam, mores assumsit et hodie quoque quaedam familiae valachae non solum in Valachia, sed in ipsa Transsilvania, e. g. in Comitatu Zarandiensi «Koman» nuncupantur. Cumanorum memoria in nominibus quorumdam locorum Moldaviae adhuc viget, ita vallis quaedam «Koman», et tres pagi Komanest nominantur. Duo pagi in ea Transsilvaniae parte, quae terra Fogaras dicitur itidem Koman (superius et inferius) nominantur. Et Uzorum nomen in Hungaria haud sane extinctum est, in cod. enim dipl. per Georgium Fejér edito his formis memoratur: *Uzaeus* principalis Cumanorum 1279, V, 2, 509 *(Vzaeus)*, — *Uz* nobb. de 1412, X, 5, 268, — *Uz* villanus de Dorogh 1223, III, 1, 428, — no. viri 1299, VI, 2, 220, — *Uz* pater de *Uza* 1299, VI, 2, 220. *Uzlar,* terra ultra Danubium prope Budam 1259, IV, 2, 448, — *Uzfalu* et *Uzfalva (Vzfalu)* 1301, VI, 2, 305, — *Uzaházhegye,* locus ad Budam, 1212, III, 1, 119. Cf. etiam n. loci *Uzon* in terra Siculorum (villa *Uzun* v. registrum decimarum, pag. 667 et passim). Ultimus Cumanorum Hungariae, qui linguae vernaculae quandam notionem etsi perquam defectuosam habuisse fertur, idem Stephanus Varró († 1771) fuit, cujus jam in primo capitulo prolegomenorum mentionem fecimus.

Jazyges Cumanorum sagittarii nominabantur, sagitta enim in dialectis turcicis *jaï* vel *jei* nominatur, *jaïčï* vero sagittarium significat, cum qua voce hungaricum *ij, íjász* plane convenit. Scriptores Hungarorum latini formam originariam cumanicam *jaïči*, pl. *jaïčïlar* tandem in «jassonem, jassones» corruperunt,

quam transmutationem formae doctissimus HUNFALVY apposite cum formis e respondentibus hungaricis ope suffixi *io* derivatis *hodu-nogio* et *jou-bagio* comparavit (hungarice *hadnagy*, *jóbágy*). Forma nominis JASSO nonnullos viros doctos, inprimis RANZANUM italianum in hunc errorem induxit, ut Jassones pro descendentibus antiquorum Jazygum Metanastarum haberent, Jassones enim posteriores eas terras incolebant, quas olim Jazyges occupatas tenebant. Scriba quidam germanicus regis SIGISMUNDI clarissimo HUNFALVY docente vocem *jaïči, ijász, jász* sagittarium significare comperiens in quibusdam diplomatibus loco Jassonum Philistaeos scripsit, germanice enim sagitta: *pfeil* (in antiqua lingua germanica *phil*) sonat, quam ipsam vocem etiam in nomine biblico Philistaeorum inesse opinatus est. Hujus erroris ulteriorem sequelam in antiqua versione hungarica veteris testamenti conspicimus, ubi *Philistaei* hungarice diserte *Jászok* nominantur. Jazygum Moldaviae cumanicorum memoria in nomine principalis urbis hujus terrae *Jasszi*, hungarice *Jászváros* et hodie viget.

Nomen PALOVCZ eandem gentem significare, quam Cumanorum nomen, nihil est dubii. Eadem enim facta, quae scriptores russici et polonici de Polowczis, byzantini et chronica hungarica de Cumanis referunt. In Hungaria ambo nomina, scilicet *Palócz* et *Kún* simul apparent, quae duplex denominatio unius et ejusdem gentis, uti HUNFALVY optime observavit, Cumanorum per duam diversam regionem diversoque tempore ingressum in Hungariam demonstrat. Ingressus Paloczorum per Russiam et Poloniam, scilicet per Carpatos septemtrionales, secundum omnem probabilitatem sub tempus COLOMANI incepit, qui anno 1104 filiam principis Kiewensis SVATOPLUK in matrimonium duxit, ex quo matrimonio inter Hungariam et principatum Kiewensem frequens et varium rerum publicarum commercium ortum est.[1]

Parva quaedam pars Cumanorum, quae a Mongolis ad imperium byzantinum refugit, in cohortibus diversarum regionum dispersa sensim sensimque evanuit, de qua re NICEPHORUS

[1] V. Cl. HUNFALVY «Magyarország Ethnographiája». Pag. 363.

Gregoras in hunc modum scripsit *οἱ* (Cumani) *καὶ τὴν βαρεῖαν καὶ ἀνυπόστατον ἔφοδον ἐκπλαγέντες τῶν ἄρτι ἐπιδραμόντων Ξκυθῶν* (Mongolorum), *ἔγνωσαν δεῖν ἑαυτοὺς μετανάστας ἐκεῖθεν ποιεῖν. οὐ γὰρ ἐν ἐλπίσιν ὅλως χρησταῖς οὐδενὶ τὸ ἀνθίστασθαι ἦν, ἀλλὰ πάντα ὑπεπτήχει καὶ πόλεις καὶ ἔθνη, καὶ δίκην ἀσταχύων ὡς ἐν ἄλωνι θερινῷ συνετρίβοντό τε καὶ ἐφθείροντο. ὅθεν ἀπογνόντες καὶ οὗτοι τὸν πρὸς τοὺς Σκύθας πόλεμον, διφθέραις ἀντ' ἄλλης σχεδίας κάρφης πεπληρωμέναις τὸν Ἴστρον διέβησαν ἅμα γυναιξί τε καὶ τέκνοις. καὶ οὐ μικρόν τινα χρόνον ἀνὰ τὴν Θράκην πλανώμενοι περιήεσαν, ἀποικίαν ζητοῦντες, ἁρμόττουσαν ἑαυτοῖς, χυλιάδες οὐ μείους τῶν δέκα, ἀλλὰ πρὶν αὐτοὺς καταλῦσαι τὴν πλάνην, ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης δωρεαῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ δεξιώσεσιν ἄλλαις ἐφέλκεται καὶ Ῥωμαϊκοῦς καὶ αὐτοὺς ἐγκαταπλέγει στρατεύμασι χώρας ἄλλοις ἄλλας διανειμάμενος εἰς κατοίκησιν, τοῖς μὲν κατὰ Θράκην καὶ Μακεδονίαν, τοῖς δ' ἐν Ἀσίᾳ κατὰ Μαίανδρον καὶ Φρυγίαν.*[1] In genealogia nobilis cumanici Surgian expresse dicitur, avum ejus ad imperatorem byzantinum refugisse Cumanorumque nonnulli etiam paulo post expugnationem Constantinopolis (anno 1453) memorantur, de quibus refertur, eos stipendia sua a sexaginta annis insoluta a Muhammedo II requisisse. Jam Alexius Comnenus cohortem Uzorum in suo servitio habuisse optime scimus, cujus imperatoris filia Anna, uti jam diximus, Uzorum linguam cum Bissenorum eandem esse asseruit, in qua re eam historiarum scriptor byzantinus Glycas et alii confirmant. Cedrenus (opp. II. pag. 695) cohortis Uzorum quendam ducem Tame nominat, qui tandem ab exercitu byzantino deficiens ad Turcas confugit. Quum Joannes Plan Carpinus in oriente iter faceret, Cumanorum mansiones se usque ad flumen Jaik distendebant, at paulo post in eadem regione Guilielmus de Rubruck ubique Tartaros invenit. De Bissenis jam Plan Carpinus annotavit, eos cumanice loqui. Rubruquis in descriptione itineris per Cumaniam tauricam facti de Cumanorum miseria ac desperatione Mongolis in Tauricam irruentibus quedam memoratu digna conscripsit, ita e. g. Cumanos ad litora maris confugientes fame adeo vexatos fuisse dicit, ut tandem se ipsos cadaveribus alerent. Plan Carpinus id quoque affirmat, «apud Jugures esse fontem

[1] Lib. I. Pag. 36, 37 (editio Bonnensis). V. apud Roeslerum l. c. Pag. 333—334.

et radicem idiomatis Turcici et Comanici.»[1] Cumanos et in Taurica oppida habuisse diserte dicit celeberrimus Arabum geographus Edrisi, ubi de urbe *Galita (Jalta)* expresse observat eam in terra Cumanorum esse. Edrisi praeter eam et alias Cumanorum urbes memorat, scilicet *Matluka* (قمانيه البيضآ «Cumania alba.» Thuroczi Moldaviam «Cumaniam nigram» nominabat), quae urbs secundum Lelewel in regione *Moločnoe Ozero* prope Melitopol extitit, *Ney* (ناى) prope limitem Cumaniae versus principatum Kievensem, *Kyrker* secundum etymologiam Abulfedae قرق ار, *Kirah, Naruš, Nushi, Kiniov,* quorum nominum quartum *Kirah* cum voce turcica orientali قيراغ »margo» «limes» optime convenit. *Kiniov* fortasse ex duabus vocibus *king, ging* et *öj* compositum est «larga domus» vel «spatiosum tentorium». In vocabulario cum. Venetiano «oppidum», «urbem» duae glossae significant, scilicet *saar* arabicae originis et *chent*, vox genuine turcica. — Eam regionem Cumanorum, quae hodie «Molocsna» dicitur, geographi italiani per longum tempus «Cumaniam» nominabant, sic Petrus Vesconte de Janua et alii. Martinez de Messina in charta hujus regionis de anno 1570 nomen *Comanja* inscripsit.[2] Nomen vero «Cumania» in illis chartis his formis conscriptum reperitur: Comania, Chumania, Cumanya, Comanja. Fra *Pascal* de Victoria anno 1337 in antiquam urbem Serai ad ripam Volgae, uti ipse ait, linguae turcicae ediscendae causa ad Cumanos contendit et illic per unum annum integrum studiis linguae quam maxime operam navabat.[3] Igitur lingua cumanica tunc nondum exstincta erat, immo uti vidimus, unus missionariorum occidentalium suam notitiam sermonis turcici praecipue Cumanis debuit. Cumani Moldaviae pagani vel potius Muhammedani, uti Roeslerus apposite admonuit, quin etiam anno 1410 memorantur. Bonfinius vero diserte dicit, Cumanos nondum Christianos sub tempus regis Matthiae in Hungariam venisse atque sponte fide christiana initiatos esse:

[1] Fejér «A kunok eredete», pag. 54.
[2] V. Jerney «Keleti utazás». Tom. II. Pag. 56.
[3] V. Röesler «Die Aralseefrage». Pag. 70.

«Ultra Axiacem fluvium Peucini, Carpiani, Bastarnae sunt, et Chuni, qui natali solo ejecti in Ungariam venerunt, et a Divo Matthia Danubii insulam impetrarunt. Pauco post tempore sponte se orthodoxa fide nostra initiarunt».[1] Johannes Szegedi anno 1706, Timon vero anno 1730 referunt, quosdam sacerdotes missionarios e Tirnavia in Besserabiam iter fecisse, ut Cumanos hanc terram inhabitantes religioni imbuant christianae. Hoc rerum statu datum codicis Venetiani MCCCIII nihil est, quod admirationem obtineat, tunc enim gens Cumanorum linguaque vernacula non solum in ea Tauricae parte, quam geographi italiani Cumaniam nominabant, sed etiam in regione litorali fluminis Volgae et occidentem versus in Moldavia, Bessarabia et in Hungaria adhuc vigebat, mercatoresque id temporis italiani, si in vastissima regione Pontocaspica commercium facere voluerunt, linguam cumanicam scire omnino necesse habebant.

## VII.

De iis linguis, quae cumanicae antiquo et medio aevo proximo cognationis gradu conjunctae fuerunt, vix quidquam scire possumus. De antiqua lingua Massagetarum, Sacarum, Daharum, Alanorum nihil fere novimus, quin etiam nomen Daharum et pars prima nominis Massagetarum iis a populis iranicae originis indita esse videntur, cf. formam iranicam *ma* «regio», glossam antiquam armenicam *mane* «incolae». Attamen lingua Kirgizorum et Turkomanorum a Sacarum et Daharum linguis orta, quantumvis in quibusdam rebus ab iis differat, defectum antiquorum harum linguarum monumentorum quodammodo suppleri potest. Parthorum quoque lingua ex ista etate, quum ea potentissima gens adhuc in flore esset, praeter quaedam nomina propria nobis paucissimis tantum glossis conservata est. Lingua Avarorum cumanicae conjuctissima, excepta hac una voce: *bokolabra* «sacerdos», itidem in nominibus tantum propriis et dignitatum superest. E Bulgarorum lingua, exceptis nominibus locorum, personarum et dignitatum, forte haec sola vox تكرى

[1] Dec. I. Lib. I.

«deus» perdurabat (بلغار دلنجه تکری در.).[1] Chazarica quoque lingua, si excipias nomina geographica, propria et dignitatum, paucissimis tantum glossis monumentis Tauricae sepulcralibus charactere hebraico incisis interitui gentis olim florentissimae superstes evasit (e. g. בטון, cf. turcicum خاتون «domina» etc.). De Bissenorum lingua praeter nomina quaedam personarum id tantum novimus, quod Constantinus de nominibus thematum eorum et quorumdam locorum memoriae prodidit.[2] Ammianus Marcellinus in loco sequenti Uzos a Cumanis separatim memorabat: «Dumque ad Chionitas et Eusenos haec scripta mittuntur» etc., at hujus quoque differentiae, quae secundum omnem probabilitatem, si omnino extitit, tantum in pronunciatione consistebat, nullum habemus indicem. Nec linguam Kümükorum orientalem Caucasi provinciam flumine Terek, Tschetschna majori et Daghestan definitam inhabitantium notam habemus. Nomen *Kümük* cum nomine «Hunk» scriptorum armeniorum comparari potest, quo nomine Moses de Chorene et alii Hunnos appellabant. In hac regione Kümükorum nom. geographica etiamnum turcica sunt, e. g. Torgaul, Akssai etc. (=اق سای). Lingua igitur cumanica primo loco cum dialectis ab ea derivatis, deinde cum sorellarum filiabus linguis turcicis et hodie usitatis comparanda est. Doct. Blau hisce studiis cum descriptione linguae Bosniacorum turcicae[3] dialectorumque provinciae Mariopolitanae novos et perquam pretiosos aperuit fontes. Dialectum Kazanicam in multis rebus cumanicae perquam similem esse jam diximus, Kazani enim non inmerito de se ipsis antiquorum Bulgarorum progeniem esse praedicant. Cassel autem linguam cumanicam nogaicae assimilabat: «In der Bibliothek des Franz Petrarka is ein lateinisch-persisch-cumanisches Lexicon gefunden worden, das Klaproth herausgegeben und zum Theil alphabetisch zum Theil sachlich geordnet ist. Es sind so viel ich mit den Wörtern der Nogayer verglichen

[1] V. apud Roeslerum »Romänische Studien». Pag. 251, 252.

[2] «De administ. imperio.» Cap. 37.

[3] «Bosnisch-türkische Sprachdenkmäler». Lipsiae, 1868.

habe, die meisten dieselben.» Praecipuum tamen fontem notionis linguae cumanicae is ipse codex Venetianus continet, quem nunc primum ex integro in hoc volumine luci publicae damus. Hic autem codex non tantum dialectum linguarum turcicarum insignem, sed etiam monumentum harum linguarum vetustate commendatum continet. Viri docti principio hujus seculi pro antiquissimo linguae turcicae orientalis monumento opera celeberrimi poetae MIR ALI ŠIR, defuncti anno 1500, habebant, at circa annum 1829 codex quidam insignis bibliothecae imperialis Viennensis persicus apud philologos innotuit, in quo 156 disticha turcice scripta (in centesimo primae partis capitulo) leguntur, quae illius libri auctor *Alaeddin Śeich Sültan Veled* operi «Dubab-name» inscripto inseruit. Celeberrimus HAMMER-PURGSTALLIUS codicem praedictum circiter ante 500 annos conscriptum esse dicit, datum igitur distichorum versibus *Mir Ali Śir* prope cum ducentis annis antiquius habendum est. Primus textus selǵukienis editor in praefatione admonuit[1] distichorum linguam pure turcicam et omni elemento arabico exemtam esse, at MAURITIUS WICKERHAUSER, quum trigintaseptem annis postea textum denuo examinasset, in eo septuaginta glossas arabicas invenit, ex quibus نور quatordecies, خق (حقّ) novies, سر (سرّ) octies, خاص (خاصّ) septies, دنيا quater occurrunt.[2] Codex Venetianus anno 1303 conscriptus titulo antiquitatis hos quoque versus superat! TIMURIS diploma cl. VÁMBÉRY docente anno 1397, «Bachtiarname» vero anno 1432, «Miraǵname» autem anno 1442 conscripta sunt[3] et quidem charactere uigurico, nec igitur ullum ex iis aetatem codicis cumanici adaequat. At liber «Kudatku Bilik» inscriptus, quem cl. VÁMBÉRY eximia cum sollicitudine edidit, transcripsit et in linguam germanicam vertit, ipsum codicem cumanicum titulo antiquitatis longe praecellit, is enim cum 234 annis ante datum 1303 conscriptus est.[4] Hic id unum annoto, neque linguam «Kudatku Bilik» uiguricam

[1] «Jahrbücher der Literatur». Viennae, 1829. (apud GEROLDIUM).
[2] Z. d. D. m. G. Tom. XX. fasc. IV. Pag. 574, 575.
[3] «Uigurische Sprachmonumente» (1870). Pag. 8.
[4] L. c. Pag. 27, 28.

elementis arabo-persicis exemtam esse, VÁMBÉRY enim in calce editionis suae 112 exoticas collegit voces, quae partim arabicae sunt originis, partim persicae. — Jam ROBERTUS ROESLERIUS in appendice operis «Romänische Studien» quaedam vocabularii linguae cumanicae specimina dedit,[1] cui quum autumno anni 1873 Graetiae agerem, copias meas secundae quoque codicis Venetiani partis communicabam, quibus inspectis vir doctus mihique amicissimus maximopere laetatus est. Doctissimus BLAU in dissertatione «de gente et lingua Cumanorum» grammaticam hujus dialecti breviter quidem, sed more suo praeclare adumbravit.[2] Etiam nos in sequentibus hac ipsa adumbratione textuumque ope adjuti grammaticam codicis Venetiani paucorumque monumentorum linguae cumanicae in Hungaria describendam brevi voluimus.

Annotationes phonologicae: 1. Scriptores textuum sonum *a* ab *ä*, et hoc ultimum ab *e* sollicite distinguunt, e. g. *ierdä*, *cöctä*, *sän* «tu», cf. jacuticum *än* etc. et ad hanc vocalem designandam signo quodam litterae *a* Graecorum simillimo, sed a diversis scriptoribus aliquantum diverse formato utebantur. Hoc ipsum signum etiam in glossis germanicis occurrit, e. g. *di vädirkeil* etc. Gemminatio litterae *a* longitudinem vocalis significat, e. g. *saa* «tibi», cf. altaicum et selgukiense *sā*. Scriptor vocabularii sonum *ä* per *a* vel *e* designat, e. g. *esitmaga*, *söuarmen* etc. et rarissime tantum scripturam *ä* adhibet ita e. g. in forma *nezic chi esiti(n)gassä* «si audis», at annotatores vocabularii germanici vocalem *ä* sollicite denotant, e. g. pag. codicis 59 *ertä čakta* etc. In secunda codicis parte pronomen primae et secundae personae interdum *ä* scribitur, ita pag. 149 *män* et *sän* passim. Vocalis *a* in pronunciatione cumanica plerumque immutabilis est, quod idem cl. BLAU docente etiam in lingua bosniaca obvenit.

2. Vocalis *e* in radice et in suffixis pridem plerumque *i* sonabat, ideoque cumanico *e* in dialectis čagataicis saepis-

[1] Pag. 352—356.
[2] Z. d. D. M. G. Tom. XXIX. Pag. 576—580.

sime *i* respondet, e. g. *eki* «duo» čag. *iki*, osmanicum *iki*, — cumanicum *el* «populus», čag. *il*, osm. *il* «alii», — cum. *elelik* «pax», čag. *il*, — cum. *eregirmen* juxta *eriktim*, čag. *irikmäk* etc., — cum *emdi*, osm. *imdi*, — cum *enč* in pag. codicis 142, čag. *iŋ́* «tranquillum», «securum», — cum. *erir* (pag. 142 et passim), čag. *irür* «est», — cum. *edik* «fuimus», čag. *idik*, osm. *idik*, — cum *bergil* «da» čag. *birgil*, — cum. *yetmac*, čag. *jitmäk*, — verbum auxiliare *ädengez* «eratis» pro *idingiz* (pag. 129 codicis), *ädäm* pro *idim*, cf. formas kazanicas *eje ejeń*, *ejem* «erat», «eras», «eram», — *eske* pag. 130, cf. čag. *iski*, kazanicum *iske* etc. Vocalis *i* et in dialectis čagataicis et in dialecto osmanica haud ita raro in *e* permutata est, e. g. cum. *et*, čag. *et*, osm. *et* «caro» quod in dialecto Kazanica *it*, in lingua autem jacutica *ät* sonat, in l. jacutica enim interdum vocales *ä* et *i* inter se permutantur, e. g. *ägin*, *igin* «varium»,[1] — čag. *dejmäk* vel *demäk* juxta *dimäk*, osm. *demäk*, jac. *diän*, *diä*, kaz. *di* — etc. In dialectis turcicis Sibiriae meridionalis et Ǵungariae vocalis *e* omnino desideratur duabus dialectis exceptis, utpote 1. dialecto Taranči, 2. Koibalica et Kačinzica, in quarum prima, vocalis *a* per subsequentem vocalem *i* in *e* emollitur, e. g. *eti* «equus» loco *ati*, in altera vero syllabae primae vocalis *ä* in *e* permutatur, e. g. *temir*.[2] In dialecto Kazanica vocales *e* et *i* inter se permutatae reperiuntur, e. g. *eš* «opus» loco čag. *iš*, — *eč* «pars interior», čagataice *ič*, vicissimque *it*, — *ir* «vir» loco čag. *et*, — *er* etc. In lingua textuum cumanicorum Hungariae eandem permutationem vocalium *e* et *i* observamus, quam in dialecto Kazanica, e. g. *bezem* «noster», — *ötmäkemezne* «panem nostrum», — *bezne* «nos» etc. — In lingua Kašgarica loco čag. *e* plerumque *i* pronunciatur. —

3. Scriptores codicis cumanici communiter vocalem *ï* ab *i* non distinguunt, e. g. *iglading* «flevisti», id est *ïgladïng*, — *inangai* (pag. 143 codicis) «credant», id est *ïnangaï*, — *it* «canis», čag. *ït*, jac. *ït*, — *ičiptürsen* «bibisti», kaz. *eč-*, čag.

[1] V. Cl. BÖHTLINGK «Ueber die Sprache der Jakuten». Pag. 34 glossarii.

[2] RADLOFF «die Sprachen der Türk. Stämme Süd-Sibiriens» etc. Tom. I. Pag. XIX.

*ičkü,* «potus», jac. *isäbin* «bibo» etc. Sed nonnunquam et in codicis prima parte (in vocabulario) et in secunda vocalis *ï* per *e* denotata reperitur, e. g. *jarle* «pauper», — *kičkerip sen* «clamavisti», — *algišle* «sanctum», — *azihle* «utile». Hindoglu in vocabulario osmanico-gallico vocalem *ï* constanter per *e* designat e. g. *yarale* «saucius», — *yare* «dimidium» etc. et annotat «e, sans accent, est une voyelle qui tient le milieu entre *e* et *i*, au lieu de l' *y* de Meninski» etc.[1] Haec ipsa vocalis *ï* in dialecto šorica prope uti *è* sonat. Scriptores codicis cumanici vocalem *i* modo per *j*, modo per *y* notabant, e. g. *kyssiler* «viri», «homines». Vocalis *i* in lingua cumanica haud ita raro cum *u* permutata reperitur, e. g. *tusi* «femella» loco čag. تيشى, osm. ديشى, — *konuš* «argentum» juxta *koniš* occurrit, e contrario in glossa cumanica *johsil* «pauper» vocalis *i* loco čag. *u* scripta est (يوقسول). Vocalis *u* suffixi consequenti gutturali in *v* emollita etiam in *o* permutari potest, e. g. *satov,* — *buzov* (pag. 139 cod.), quae formae pridem *satïk, buzïk,* sonabant (*satïk, satuk*, *satuv* (in l. kazanica *satïu*), *satov*). Exemplum permutationis vocalis *a* cum *i* jam vidimus, *iglading* enim čag. *aglamak* respondet. — Vocalis *ï* bosniaca nonnunquam pariter atque in codice cumanico per *e* denotatur, e. g. *hater,* arabice خاطير vel خطر (apud Blau حاطر) etc. Vocalis *i* etiam in l. bosniaca interdum in *u* et *o* permutata est, e. g. *takum*, osmanice *takïm* «manipulus», — *šator,* osmanice *čadïr*, hung. *sátor.*[2]

4. Vocalis *o* in prima codicis parte saepissime ab *ö* non est distincta; secunda codicis pars etiam in hoc puncto primae multo praestat, scriptores enim hujus partis vocalem *ö* ab *o* per tres modos distinguunt: 1. per lineam transversam, quae litteram *o* ex obliquo scindit 2. per lineolam litterae *o* superscriptam, haec denotatio praecipue in ultimis codicis paginis videri potest 3. per *ou*, e. g. *sounčac* «os», čagataice *söngäk.* Scriptor vocabularii modorum praedictorum primum tantum usurpabat, e. g. *söuarmen* «amo», *söuarsem* (sic!) «amas», attamen idem scriptor

[1] Dictionnare Turc-Français. Viennae, 1838.

[2] «Bosnisch-türkische Sprachdenkmäler». Pag. 20.

tertiam personam hujus verbi *souarol,* id est *souar ol* scripsit. Ipsa vocalis *o* interdum per *ou* denotatur, e. g. *toulu* «plenum», čag. *toluk, tolu,* kazanice *tulï,* — in prima codicis parte *chunradan touga* (n) «spurius», cf. čag. *togma, togkan* etc. (توغمق «nasci» apud Pavet de Courteille), kazanice *tu-, tïu-.*

Vocales *o* et *ö* in codice cumanico haud ita raro pro *u* et *ü* reperiuntur, e. g. *souńčlu* loco čagataici *süjüngülük,* — *böri* «lupus», čag. *büri* etc., — *satov, buzov* loco *satuv, buzuv (satuk, buzuk),* — *osta* «magister» loco *usta.* Eandem permutationem vocalium etiam in dialecto Kazanica videmus, e. g. *tot-* «tenere», — *toz* «sal», — *kot* «salus», čagataice *tutmak,* — *tuz,* — *kut* etc. In dialecto Kašgarica vocalis *u* et tunc clare pronunciatur, quum in aliis dialectis turc. orientalibus in vocalem *o* permutatur. In glossa bosniaca *čorda* «gladius» vocalis *o* ex originali *u* orta esse videtur, cf. osmanicum کوردہ, hungaricum *kard.*

5. Vocalem *u* ab *ü* scriptores codicis Venetiani rarissime distinguunt, distinctio autem in hunc modum efficitur, ut litterae *u* lineam transversam adjiceant, quae eam ex obliquo scindit, e. g. *cüydurumen, cüydurdum, cüydur* «ardo», «arsi», «arde»[1] Quum vero scriptor dubius fuisset utrum vocalis *ö* an *ü* scribenda esset, super litteram *u* minusculum *o* adscribebat, e. g. *ůzun* loco čagataici *üčün,* kazanice *öčön,* osmanice *ičin,* jacutice *isin.* Germanicum *w* non solum in germanicis glossis, sed etiam in quibusdam formis turcicis usurpatur vocalis *ü* ab *u* distinguendae causa, e. g. *daw* (pag. 40), — *kö'wsap* «desiderans» (pag. 140 codicis). Vocalis *u* et *ü* in lingua cumanica perquam saepe occurrunt pro *o* et *ö* aliarum dialectorum, e. g. *ůn* «sonus» loco čag. *on,* — *suzul* juxta *sozulurmen,* cf. čag. *sözülmäk,* — *üzdi* loco čag. *özdi* (pag. 143. codicis), — *ugraia dir,* cf. čag. *okramak,* — *tuz* «pulvis» loco čag. *toz,* — *bulsun* «sit» loco čag. *bolsun,* — *boguz* «guttur» loco čag. *bogoz,* — *ugialurmen* «verecundor» (pag. 57), cf. turc. or. *ojalmak, ojatmak,* — *uleb* (=üleb) «moriens», čagataice *ölmäk.* Eandem per-

[1] In vocabulario sub littera *c.*

mutationem videmus in dialecto kazanica, e. g. *on* «far» loco čag. *un*, — *osta* pariter atque in l. cumanica loco čag. *usta*; e contrario *un* «decem» loco *on* aliarum dialectorum, — *ul* «ille, illa, illud» loco čag. *ol* etc. In lingua quoque Turkomanorum vocalis *u* pro *o* aliarum dialectorum perquam saepe occurrit, e. g. *bul* «es» pro *bol* etc. In sermone bosniaco BLAU docente vocales *o* et *ö* haud ita raro cum *u* et *ü* permutantur, e. g. *ugu* «ulula» pro *ögü* aliarum dialectorum, vocalis vero *ö* cum *ü* in versu cadentiam facit, ita *söz* cum *jüz* etc.

Vocalium harmonia etiam in lingua cumanica summa lex erat, at haec lex ob saepe inconstantem et inperfectam denotationem vocalium, praecipue in prima codicis parte non semper apparet, immo in vocabulario saepissime latet, e. g. *birga* «simul», — *yetmac*, cf. čag. *jitmäk*, — *terclap* «velociter» etc.

Etiam in l. cumanica vocalis suffixi interdum ad vocalem radicis conformatur, quam assimilationem in dialecto Kazanica et in aliis quoque dialectis conspicimus.

Vocales breves interdum elisae esse videntur vel saltem non denotantur, e. g. *ajp* «peccatum», cf. osmanicum *ajïp*, arabice عَيْبٌ; in forma verbi *tüšrüp* (pag. 138) ipsa suffixi vocalis elisa est, cf. formam factitivam čag. *töšürmäk* «dejicere». Haec elisio etiam in dialecto kazanica haud ita raro occurrit, e. g. *töšrä* pro *töšörä*, — *bräü* pro *beräü* «aliquis», — *borno* «nasus ejus» pro *borono* etc.

De consonis haec pauca admoneo: I. consonae gutturales linguae cumanicae per sequentes litteras notantur 1. *k* 2. *ch* 3. *gh* 4. *c* 5. *g* 6. *h* 7. signo quodam litterae Graecorum ρ subversae perquam simili, quo nasalis explosiva *ng* significatur. Consona *kâf* Turcarum in secunda codicis parte plerumqe per *k* et *c* denotatur, e. g. *karovimiz* «praemium nostrum» (pag. 145), — *kačan* «quum etc., eademque consona in vocabulario saepe etiam per *c* significatur, e. g. pag. 17 *coarmen*, *coydum* etc., cf. čag. قويماق, — *cuyrug* «cauda», cf. قويروق, — *tamucka* «ad inferna». Haec ipsa consona etiam per *ch* et *gh* designatur, e. g. *tichmac* (in pag. 43) juxta *tictim* «plantavi», — *kachma*,

cf. قاقما,— *joch* pro *jok*, — *ghalgan* loco *kalgan* (pag. 75) — *yaagh* «maxilla». Consona *ḳ* nonnunquam in غ emollitur, e. g. in quibusdam suffixis, in fine syllabae et inter duas vocales, e. g. *tamagïng* «guttur tuum» juxta *tamak*, — *tas bolmaga* (pag. 138) «ad perditionem», quae littera غ tandem in *j* emolli potest, *j* autem facile eliditur, e. g. *kuurmak*, quae forma per formam *kujurmak* a *kugurmak* orta est, cf. čagataicum قوغماق «pellere», «persequi». *K* nonnunquam in *ch*, et *h* permutatur e. g. *chatun, hatun* «domina», cf. osm. قادن *(kadïn)*, čag. خاتون, — *han* «rex», «princeps», čag. خاقان, — *bulah* «fons» (pag. 141), cf. čag. *bulag* idem, — *čibuh*, — *jarih* (pag. 148). Permutatio *ḳ* finalis in *h* in textibus cumanicis saepe occurrit. Forma *yomsah* jam in vocabulario legi potest, sed hanc quoque formam scriptor quidam secundae codicis partis annotavit. *K* interdum in fine vocis apocopatur, e. g. *tamu* (pag. 144) «inferna», cf. čag. تاموغ. — Consona ك in vocabulario plerumque per *c* aut *ch* denotatur, e. g. *congul* «cor», cf. osm. كوكل, — *erca* «masculum», — *coc* «caeruleum», — *choz* «oculus,» كوز *(Klaprothus* قوز scripsit!), — *chetchil* «recede». In glossa *yčag* vocabularii loco *k, g* scriptum reperitur, cf. ايچاك *ičeg*. In secunda codicis parte ك plerumque per *k* transcribitur, e. g. *köp* «multum», — *egilik* «bonitas», — *kök* «caelum» etc. Interdum etiam in ipsis textibus ك per *ch* redditur, e. g. *etchenlerge* «facientibus». ك inter duas vocales in *g* emollitur, *g* autem in quibusdam glossis in *j* emollitum tandem prorsus evanescit, e. g. *müz* (pag. 143) «cornu», quae forma per formam intermediam *müjüz* a *mügüz* orta est. — Littera *g*, uti jam vidimus, ex ق et ك orta est atque secundum hanc duplicem originem modo durius modo lenius pronuncianda est, quam duplicem pronunciationem scriptores codicis cum. interdum ita denotant, ut litteram غ per *gh*, lenem consonam گ per *g* significent, sed multo saepius hanc totam distinctionem plane omittunt. *G* nonnunquam in *h* permutatur, e. g. *saha* «tibi» loco *sanga*, qua consona tandem elisa duae vocales *a* unam longam effecerunt *(saa=sā)*. — Consona خ modo per *k*, modo per *gh* designatur,

e. g. *katunlar* «dominae», — *ghaxa* «proprie», arabice خُصُوصاً Consona Arabum Persarumque ﺥ in voce بها etiam per *ch* significatur *(bacha)*. — *K* et *g* inter duas vocales, uti jam annotavimus, haud ita raro eliduntur, alioqui illae consonae in *u* emollescunt, e. g. *aurlagil* pro *agïrlagïl* «sanctifica», cf. formam *avurlagil* (pag. 132.) Elisio in hisce exemplis observatur: *tuurmak* «parere», «generare», e. g. in dictione: *kī tuur ata tengri* «quam (scilicet «sanctam Virginem») generat pater Deus» (pag. 140 codicis), cf. verbum turcicum or. توغماق «nasci», — *kuurmak* «pellere», cf. verbum turcicum or. قوماق, — *oulu* «filius ejus» (pag. 148) pro *oguli*, — *tuusning* (pag. 150) «ortus» in genitivo. In fine vero vocis vel syllabae radicalis hae consonae saepissime in *u* emollescunt, quod vicissim ob vocalem praecedem in *v* durescit, e. g. *satov*, — *buzov*, — *ačuving* (pag. 139), cf. čag. *agik*, *agïg*, — *javdurding* (pag. 142), — *bavursak* in eadem pagina «intestina» pro *bagïrsak* (v. باغيرساق apud Pavet de Courteille). Scriptores secundae codicis partis semivocalem *v* per signum quoddam litterae *w* germanicae aliquantum simile denotabant. Consona *ķ* in l. cumanica pariter atque in multis aliis dialectis turcicis interdum in *ch* (χ) induruit; *k* et *g* etiam in omnibus dialectis turcicis in semivocalem *v* et *j* emollescere possunt, ita e. g. in l. čagataica *ooz* «cibus quidam lacteus», cf. formam *oguz*, — *aul* «tentorium», «curia» cf. *agïl*, cf. etiam altaicum *aïldap* in versu sequenti: *Kara atly kanga aildap jürüb-idi* «ad Kara Attukan venit hospes»,[1] — in l. jacutica *ojün* «perendie», quod *Böhtlingk* auctore ex *o* «ista» et *kün* «dies» compositum est, *k* enim inter duas vocales in *j* mollitum est. In dialecto Kazanica forma *agrïgïmïz* «passio nostra», «dolor noster» in *auïrïubïz* permutata est, cf. formam cumanicam *aurlagïl* pro *agïrlagïl*. Bosniacum quoque ك Blau docente interdum in *v* et *j* emollescit, e g. *kjüve* «tinea», cf. كوكه persicae originis, — *düjün* «nuptiae» cf. دوكون.[2] Consona

[1] Radloff O. c. Tom. I. Pag. 56

[2] Blau. L. c. Pag. 31, 32.

*k*, vel *g* (غ), quae syllabam radicalem vel vocem ipsam terminat, in dialecto cumanica saepissime in *u* emollita est, quod *u*, uti jam annotavimus, ob praecedentem vocalem tandem in *v* induruit, e. g. praeter formas suprascriptas *javli* «pingue», — *javdurding* «donavisti», — *ovsadi* «assimilatum es», cf. čag. اوخشاماق et uiguricum *okšak*, *ukšak* (in glossario prof. VÁMBÉRY) «simile» — *kriv* (pag. 151) «introitus», etc. *K* et *g* finale etiam in dialectis čagataicis saepe in *u* vel *o* permutantur e. g. *jïrau* «cantor» — *jalau* «flamma», cf. formam kaz. *jalkïn*, — *jasao* «lex», «statutum», cf. formam *jasak*, — *sao* «sanum», cf. *sag*. In formis *kïrau*, *jao* juxta *kïragu*, *jagï* consona *g* inter duas vocales plane evanuit. In dialecto Kazanica *k* et *g* finale perquam saepe in *u* emollescunt, e. g. *sau* «sanum», — *tau* «mons». — *jau* «hostis» et in fine nominum agentis et actionis, e. g. *čaklau* «consideratio,» — *karau* «aspectus,» — *kileüče* «advena», — *katïu* etc. In forma *kïrïj* «margo» *k* finale in *j* emollitum est.

In prima codicis parte, uti jam annotavimus, consona *k* in haud ita paucis glossis per *ch* denotabatur, e. g. *charachus*, id est قره قوش, — *chaxan* (قزان), — *chasuc*, quam formam BLAU minus recte *chasuch* scripsit[1] (KLAPROTHUS hanc formam ita scriptam edidit, qualem nos in codice Ven. conspeximus), id est قاشق, — *sachal* (صقال), — *ayach* (ایاق), in dialecto Mariupolitana ἀγιάχ, sed haec ipsa vox in linea subsequenti in litt. *g* desinit: *ayag uxi*. In dial. Mariupolitana consona *k* fere semper ut *h* pronunciari solet, e. g. *χαγιμαχάμ* (قایمقام), *Χουράν* قرآن, — in dialecto Kazanica et bosniaca haec aspiratio raro tantum obvenit. In secunda codicis parte *k* sine ullo aspirationis signo occurrit. — ك in vocabulario interdum per *č*, vel *či* transcribitur, e. g. *čiuruba*, id est كهربا *(kehruba)*, — *čaman*, id est *kemun*, hungarice *kemény (mag)* etc. Hic quassus consonae *k* etiam in l. bosniaca obvenit.

[1] BLAU «Über Volksthum uud Sprache der Kumanen» (Z. d. D. m. G. Tom. XXIX. Pag. 569, 570).

Sonus *ng* in codice Venetiano diverse denotatur 1. aut per signum quoddam litterae ρ graecorum inversae simile aut per formam *n*, cujus linea ulterior inferne paulum prolungata est, quae duplex denotatio saepissime usurpatur 2. per litteram *n*, e. g. in dictione *tamagin beslegil* «nutri guttur tuum» pro *tamgïng beslegil* 3. per *ng*, sic in salutatione angellica: *seningbile* «tecum» 4. per *g* solum, e. g. *aglarïm* «intelligo» pro *anglarïm*. Interdum *n* finale etiam tunc cum gutturali pronunciatur, quum in aliis dialectis haec pronunciatio in usu non sit, e. g. *ong* «dextera» pro *on* aliarum dialectorum, — quod ad formam cumanicam, cf. kašgaricum *ong*.

Denique de consonas *h* et ج id tantum admoneo, consonam *h* in secunda codicis parte pro *ḳ* non solum in fine vocis, sed etiam in ipsa voce occurrere, e. g. *čohrah* (pag. 145) «fons», «scaturigo», — *aha* «fluens», etc. In *olūluh* «mortalis», — *bolduh edi* «factus est», — *čibuh* «virga», — *jazuh* peccatum» *h* pro *ḳ* finali scriptum est. Vox *tamuk* et *tamuh* et *tamu* scriptum reperitur. — Consona ج non solum per *ch*, sed etiam per *gh* denotatur, e. g. *noghut* pro نخوت etc. Aspiratae ح et ه inter duas vocales perquam facile eliduntur, e. g. *laan* pro لحنه «brassica», sed etiam *laghan* occurrit, — *saar* pro شهر «urbs».

De dentalibus pauca tantum adjicio. Tenuis in l. cumanica pariter atque in dialectis čagataicis plerumque incolumis mansit, media vero interdum in sibilantem *z* permutabatur, e. g. *azam* pro *adam* «homo», cf. kazanicum *Izel* pro *Idel*, *kazak* pro *kadak* «clavus» etc. In glossa *dač* loco tenuis mediam conspicimus, cf. تاج. Loco *azam* et *asam* scriptum reperitur. In pag. 143 obs. formam *töredi* «generavit», quae pro *töretdi* scripta reperitur, hic forse scriptor denotationem consonae *t* per negligentiam omisit.

Ex ordine labialium littera *f* exceptis glossis arabicis et persicis frustra desideratur; in secunda codicis parte littera *f* in glossa persicae originis *frista*, *fristilar* adest. Glossa *fil* «elephas» in vocabulario tantum occurrit. Consona *p* quoque in exoticis tantum glossis apparet, e. g. *baptisma* etc. Littera *b* in forma *haybat* (pag. 148) inserta

apparet, cf. bosniacum *heibet* pro *hejet* «status», «essentia», «forma externa rei» etc. arabicae originis (v. formas arabicas هيأة, هيئت). Ceterum *haybat* fortasse ar. هَيْبَة est. Semivocalis *v* jam supra mentio nem fecimus.

Consona *m* interdum in codice Venetiano in *n* debilitata reperitur, cf. bosniacum *taman* pro تمام etc.

Consonae quassatae *č* et *ǵ* peculiaribus signis notantur, nempe prima signo Graecorum ε, altera autem signo Graecorum σ perquam simili. Haec duae consonae ex quassu gutturalium et dentalium ortae sunt, e. g. *četik* loco *čatïk*, cf. *katmak*, — suffixum *če* juxta *tek, dek*, — suffixum *či* juxta *ki*, — *čirmarmen* «torquere», cf. čag. *kirmäk* «nodus» etc. Interdum loco *ǵ* : *č* scriptum reperitur e. g. *kosanč* «desiderium» pro *kösänǵ* et vice versa. Consona *č* praeter signum descriptum per diversos designatur modos 1. per *z*, e. g. *bizac* pro *bïčak* «culter» 2. per *c*, e. g. in secunda codicis parte *cetik* pro *čatïk* «cinctus» 3. per *cz*, e. g. in vocabulario *kiczi congulu bile* «humiliter» 4. per *s*, e. g. *as* pro *ač* «esuriens» 5. per *z*, e. g. *neze* pro *neče*, — *uzmak* pro *učmak* «paradisus» 6. per *zc*, e. g. *uzcarmen* «volo in altum» pro *učarmen* (pag. 56 vocabularii). Consona *ǵ* in vocabulario praeter duos modos praedictos etiam per *gi, j (i)* et *gz* denotatur, e. g. in sequentibus formis a Blau adductis: *gigar*, id est جگر «jecur», — *choligian*, id est خولنجان «galanga», — *giemis* «fructus», (hungarice *gyümölcs)* pro يميش; — *jim*, id est جمع, — *mariand*, id est مرجان, quam glossam Blau post Klaprothum minus recte *marjan* scripsit («coralium»), — *jouani* pro جوانى. In formis numerorum ordinalium *burungi, echinzi* suffixum جى per *gi* et *zi* denotatum reperitur; in textibus Mariupolitanis hoc suffixum per τζ significatur, v. formas a Blau adductas μπιριντζί, ἠκιντζί etc. In glossa vocabularii *tagz* «corona», id est تاج *ǵ* per *gz* transcriptum est. In dialecto bosniaca Blau docente چ interdum per ك denotatur, e. g. كيلق pro چيلك «fragum», — hoc idem *č* in quibusdam vocibus ج scribitur, e. g. جفت pro چفت «campus»; چ porro et in *š* permutatum

reperitur, e. g. *šator*, cf. hungaricum *sátor*. Consona ج in pronunciatione bosniaca interdum *tj* sonat, e. g. كيلان pro جيلان, idem ج etiam in *j* emollitur, e. g. *tanjir* «discus» pro تَنْجِرَه, cf. hungaricum *tányér*.

Consona *j* praeter litteram *j* in codice Venetiano per *y* et *i* denotatur, e. g. *aianirmen*, — *ayandim*, cf. čag. *ajamak* «parcere» etc. — *iazdim* pro *jazdïm* «peccavi«, «erravi». *J* inter duas vocales facile eliditur, e. g. *sounčlu* pro *söjünčlü* juxta *soiur*. Haec elisio etiam in l. bosniaca saepissime obvenit. *J* interdum cum *ǵ* permutatum reperitur, e. g. *gikilmak* pro *jïkïlmak* «delabi», — *gillan* pro ييلان, — *giltrin* pro يلدريم, — *gicrar* juxta *yicrar*, — in media voce *chugu* pro قويو etc. In dialecto nogaica haec eadem permutatio usitatissima est, e. g. in versibus nogaicis a Vámbéry publicatis جكت جكت ديكانده et paulo infra جورهكم «cor meum» pro يوركم.[1] In dialecto Mariupolitana *j* haud ita raro cum *ǵ* permutatum reperitur, hoc ipsum *ǵ* in textibus a Blau examinatis per *γ* notatum est, e. g. *ἀγιβά* pro ايوا etc.

In glossa *terc* juxta *tez* «cito» *r* cum *z* permutatum reperitur.

Tres consonae sibilantes 1. *š* 2. *s* 3. *z* in codice cumanico Venetiano perquam diverse notantur. Sibilans *š* 1. per *sch* 2. per *z* 3. per *ss* 4. per *sz* 5. per *s* 6. per *zz* denotatur, e. g. *talischirmen*, *uruschirmen*, *kirlischirmen* «litigo», — *tuscherler* pro *tüšärlär*; *etizermen* «adjuvo», cf. *etišlämäk*, — *kyziler*; *tissisluhlarmen*, cf. تيش «dens», — *kyssiler*, cf. كيشى; *algiszle* pro *algïšli*; *karindas* pro *karïndaš*, — *jaksi*; *buzzatkil* pro *bošatkïl*. Blau sonum *š* cumanicum interdum et charactere *ch* designatum esse dicit, e. g. in glossa *chahar* pro شهر, at haec vox in columna cumanica *saar* scribitur, glossaque *ghachar*, quam Klaprothus minus recte *chachar* et Blau: *chahar* scripsit, in parte persica occurrit. Haec maxima inconsequentia sonum *š* denotandi praecipue in vocabulario occurrit manifestoque comprobat, quam

[1] Nyelvt. Közlemények. Tom. II. Fasciculus I. Pag. 120.

molestam comperit designationem hujus consonae scriptor vocabularii italianus[1] Scriptores autem secundae codicis partis germanici consonam *š* idiomati suo familiarem sine ulla difficultate vel per *s* simplex, vel per *sch* denotabant. Consonam *s* plerumque per *s* simplex scriptam reperimus, at interdum haec sibilans 1. inter duas vocales geminatur, e. g. *arassinda*, — *essirgagil* etc. 2. cum *z* permutatur. — Sonus *z* 1. per *z* 2. per *x* 3. per *s* denotatur, e. g. *siz* «sine», *öz* «ipse»; *juxum*, id est يوزوم; *sösin* pro *sözin* etc. — Consona *s* in glossa *ux* «sensus» per *x* scripta reperitur. Inconsequentiam ortographiae auctoris vocabularii nihil demonstrat melius, quam unius et ejusdem vocis in diversis conjugationis declinationisque formis multiplex designatio, e. g.

*azarmen* «comedo»
*assa* «comede»
*as* «cibus», —
*aianirmen* «parco»
*ayandim* «peperci», —
*cigharmen* «exeo»
*zigtum* «exivi», —
*coparurmen* «aedefico»
*cobardum* «aedeficavi» etc.

In secunda codicis parte hanc designationis sonorum fluctuationem multo minus conspicimus. — Super quasdam glossas vocabularii alia manus, nimirum unus scriptorum secundae codicis partis nonnullas suprascri sit transcriptiones variantes, ita e. g. super formam *gicrar* litteram *h*, — super formam *ačirmach* syllabam *ga*, — super formam *bisuturmen* litteram *z*, super formam *yarasirmen* item *z* etc.

[1] In vocibus italianis «scibile», «sciolto» etc. vocalis *i* praecedentem sonum emollit.

## Annotationes morpheologicae.

### I. De Pronominibus.

| | | Pron. separata. | Pron. suffixa. |
|---|---|---|---|
| I. Pers. Sing. | Nom. | *men* (et *män* scriptum) | *ïm, im* |
| | Gen. | *mening* | |
| | Dat. | *manga (maa, mā)* | |
| | Acc. | *meni (menj)* | |
| | Abl. | *mendän* | |
| Plur. | Nom. | *biz* | *mïz, miz* |
| | Gen. | *bizing* | |
| | Dat. | *bizgä* | |
| | Acc. | *bizni* | |
| | Abl. | *bizdän* | |

Cl. Blau loco *biz: miz* scripsit, Klaprothus recte *biz* habet (*bix* scriptum).

| | | | |
|---|---|---|---|
| II. Pers. Sing. | Nom. | *sen* (sän) | *ïng, ing* |
| | Gen. | *sening* | |
| | Dat. | *sanga (saha* vel *saa)* | |
| | Acc. | *seni* | |
| | Abl. | *sendän* | |
| Plur. | Nom. | *siz* | *ïngïz, ingiz* |
| | Gen. | *sizing* | |
| | Dat. | *sizgä* | |
| | Acc. | *sizni* (siznj) | |
| | Abl. | *sizdän* | |

Vocativus pronominum personalium interjectione *aj (ay)* praemissa formatur, ita *aj sen! — aj siz!* (turcice آ, آی)

| | | | |
|---|---|---|---|
| III. Pers. Sing. | Nom. | *ol* | *ï, i, ïsi, isi* |
| | Gen. | *aning* | |
| | Dat. | *angar* vel *aar* | |
| | Acc. | *ani* | |
| | Abl. | *andan* | |

| | | |
|---|---|---|
| Plur. | Nom. *anlar* | idem, quod supra |
| | Gen. *anlarning* | |
| | Dat. *anlarga* | |
| | Acc. *anlarni (anlarnj)* | |
| | Abl. *anlardan* | |

Blau post Klaproth loco *ol* minus recte *al* scripsit. Quod ad dativum *angar*, cf. respondentem formam uiguricam *anggar*, quae forma etiam in dialecto kazanica *(añar)* et in aliis quoque dialectis usurpatur.

Pronomina possessiva separata sequentia sunt: *menim* «meum», *bizim (bizin)* «nostrum», e. g. *bisim gichövga* «in nostrum templum» (pag. 121), — *sening (senin)* «tuum», *sizing* «vestrum», — *aning* «suum», *anlarning*, pro quibus possessivis saepe etiam *öz* usurpatur, e. g. *öz näzik boyungni* (pag. 149) «tuum purissimum corpus.»

Pronomen demonstrativum.

| Sing. | | Plur. | |
|---|---|---|---|
| Nom. | *bu* | Nom. | *bular* |
| Gen. | *muning* | Gen. | *bularning* |
| Dat. | *mungar* | Dat. | *bularga* |
| Acc. | *muni* | Acc. | *bularni* |
| Abl. | *mundan* | Abl. | *bulardan.* |

«Ipsemet», «ipsimet» *ol ogh, anlar ogh* dicitur, cf. čag. اوق in hac dictione: [1] بوروندداغی اوق رعایت وشفقت قیلدیم formasque Kazanicas *uluk, šuluk* «idem, eadem, idem». «Ipse, a, ud«, «egomet, tute, ipse» in l. cumanica plerumque *kenim, kening, kensi* dicitur, e. g. *kin kensi čin tengri* «qui ipse verus Deus est» (pag. 159 codicis), pro quo etiam *öz* et *öz öz* usurpatur (ita e. g. pag. 145).

Pronomina relativa et interrogativa. *Kim, Kin* «quis»,

[1] «Bâbernameh», 17. V. in glossario Pavet de Courteile.

«qui»; *chaysi* «qualis» (*munča* «talis»); *chaym*, quod mihi pro *chaju* scriptum esse videtur, item «quis» significat; *ne* «quid»; *nämägä* «quidquid», cf. azerbaiǵanicum نمنه; *neza* «quantum»; *näk* «quare», cf. Kazanicum *nik; nečik* «quomodo», cf. Kazanicum *niček; kačan* «quum»; *chayda* «ubi», etc.

## II. De nomine.

### Declinatio.

| Sing. | | Plur. | |
|---|---|---|---|
| Nom. | *at* | Nom. | *atlar* |
| Gen. | *atning* | Gen. | *atlarning* |
| Dat. | *atga* | Dat. | *atlarga* |
| Acc. | *atni* | Acc. | *atlarni* |
| Abl. | *atdan* | Abl. | *atlardan* |

Postpositiones usitatissimae linguae cumanicae pariter atque in aliis dialectis turcicis sequentes sunt: *da (dä), — dan (dän), dan (dän) ulam* «ab», — *dein* cum dat., — *bila, — učun, uzun, — ča, za, — six, siz. — dey* (e. g. *anning dey), dek, ley* (pag. 143), *leyin* (in eadem pagina), *kibi* «sicut», de qua ultima postpositione in parte codicis grammaticali haec scripta reperiuntur: «No̅ q̅ ista dicco. Kibi. addita alicui no̅ini denotat aliqu̅e similitudin̅e» etc.[1]

Nomina cum suffixis possessivis praedita in casu accusativi interdum hujus casus signo destituta apparent, e. g. *tamagïng beslegil* «guttur tuum nutri» etc. Suffixum possessivum in genitivo interdum per negligentiam scriptoris omissum est, ita e. g. *zejtin agačga* pro *zeytin agačinga*, cf. زيتون اغاجى etc., in sequenti vero exemplo ordo genitivi inversus esse videtur: *erir jeri arilarning* (pag. 142) pro *arïlarnïng jeri*. — Quaedam affixa nominalia in l. cumanica usum obtinuerunt, quae in aliis dialectis obsoleta evaserunt, e. g. *dači* in formis *jendači* «victor», — *tuurdači* «parens», — *kutkaʼdarčimis* «liberator noster»

[1] In pag. 127 Codicis.

(pag. 138), in quo ultimo exemplo non *dači*, sed *darči* scriptum reperitur, cf. verbum čag. قوتقارماق «salvare»; *čih (čik)* in glossa *tangla$^{n}$čih* «admiratio», cf. verbum čag. تانكلااماق; interdum loco *rak rah* scriptum est, sic in glossa *čohrah* «scaturigo», cf. verbum čag. چوقماق. Usus suffixi *čï (či)* et *lïk (lik)* in parte codicis grammaticali hoc modo describitur: Nō q̄ ista dicc̄o *či* addita alicui nōini fac̄ nom̄ mā̄ist'le illius rei quā significat illud nom̄ cui addit' sic̄ v'biḡtia *ötmäk* ē panis s̄ (sed) *ötmäkči* ē ille q' facit panē *čekm̄* (osmanice چوقه) ē pan̄us sed *čekm̄či* ē q̄ facit panū et sic de similibs», — «Nō q̄ ista dicc̄o. *lic.* addita nōini cōc̄to (concreto) facit illud absttū sicut v'bi ḡtia *eigi* est bonū s̄ (sed) *egilic* ē bōitas. *Kara* ē nigrū s̄ *karalic* ē nig'$^{e}$to. *bir* ē unus s̄ *birlic* ē unitas. *könu* ē iustus s̄ *könulic* ē iustitia et sic de siḡis (singulis) l'(vel) aliq̄tm̄ pōit' (ponitur). *luc.* ut *lic* (pag. 127.)

## De Adjectivo.

Gradus comparativus suffixo *rak (räk)*, superlativus vero per diversos modos designatur, nimirum per geminationem vocis, per praepositionem quarumdam vocularum, e. g. *kob, asru*, adjectivorumque, e. g. *ulu* «magnum», denique per ipsum dictionis contextum. Doct. Blau terminationem quorumdam adverbiorum cumanicorum *lap* cum syllaba corroborrativa لاپ comparat, quae Vámbéry docente in dialecto azerbaiǵanica gradus superlativi designandi causa adjectivis praeponitur, e. g. *lap jachči* «optimus» (cf. syllabam corroborativam superlativi hungarici *leg*, e. g. *leg jóbb* «optimus»), at inter cum. et az. syllabam *lap* jam primo obtutu hanc differentiam conspicimus, primam semper postpositam occurrere, secundam autem praeponi. Usum adverbii *jalganlap* formae *ogrilam* (pro *ogrilan*), *čop čoura* «circum» et alia adverbia hujus generis optime illustrant, quae manifesto formam participiorum prae se ferunt, igitur et *jalganlap* olim non erat aliud, quam forma verbi denominativi *jalganlap* participialis; in secunda codicis parte pag. 145 haec dictio legitur: *jarilgap medet etti* «misericordia motus auxilium attulit», haec

quoque forma *jarilgap*, quae evidenter pro *jarligap* scripta est, sane pro gerundio verbi يارليغاماق habenda est.

Forma diminutivi adjectivorum per suffixum *gina* fieri solet. In parte codicis grammaticali de formatione gradus comp. et superlativi linguae cumanicae sequentia dicuntur: «No q ista dicto *rac.* l dico *rec.* posposita noi poitiuo facit copertu (comparativum) sicut hic *kara* e niger. s. *cararac.* e nigrior. *katti* e durus, s *kattirac* e durior. *tuz* e rectus s. *tuzrec* e rectior qu aut (quum autem) debeat adi. *rac.* vl *rec.* n (non) e regula firma». Ex hisce ultimis vocibus clare patet, scriptorem hujus adumbrationis grammaticalis legem harmoniae vocalium in linguis turcicis prorsus ignorasse! No q ista dicto *asru* facit suplatim tam i (in) noibs qua i vbis pponedo ea. sic. v. gtia *kara.* e nigru. s *asru kara* est nige'rimu. et *tatli* e dulce s *asru tatli* e dulcissimu» etc. (in pag. codicis 127.)

## De Verbo.

Ecce paradigma verbi انكلاماق «intelligere», uti id in parte codicis grammaticali apparet:[1]

| | | |
|---|---|---|
| | Praesens (aoristus). | |
| Sing. | intelligo | *anglarmen* |
| | intelligis | *anglarsen* |
| | intelligit | *anglar* |
| | — | — |
| Pl. | intelligimus | *anglarbiz* |
| | intelligitis | *anglarsiz (sis)* |
| | intelligunt | *anglarlar.* |
| | Imperfectum. | |
| Sing. | intelligebam | *anglar ädim (ädäm)* |
| | intelligebas | *anglar äding* |
| | intelligebat | *anglar ädi (ädy)* |

[1] In pag. Codicis 129.

| | | |
|---|---|---|
| Pl. | intelligebamus | *anglar ädik* |
| | intelligebatis | *anglar ädingiz (ädengez)*[1] |
| | intelligebant | *anglar ädilär (ädylar).* |

Perfectum.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | intellexi | *angladïm* |
| | intellexisti | *angladïng* |
| | intellexit | *angladï (y)* |
| | — | — |
| Pl. | intelleximus | *angladïk (yk)* |
| | intellexitis (sic!) | *angladïngïz* |
| | intellexerunt | *angladïlar.* |

Plusquamperfectum.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | intellexeram | *anglamïš edim* |
| | intellexeras | *anglamïš eding* |
| | intellexerat | *anglamïš edi (y)* |
| | — | — |
| Pl. | intellexeramus | *anglamïš edik* |
| | intellexeratis | *anglamïš edingiz* |
| | intellexerant | *anglamïš edilär (lar).* |

Futurum.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | intelligam | *anglagaymen* |
| | intelliges | *anglagaysen* |
| | intelliget | *anglagay* |
| | — | — |
| Pl. | intelligemus | *anglagaybïz* |
| | intelligetis | *anglagaysïz (sis)* |
| | intelligent | *anglagaylar (eyler).* |

[1] In scribendi ratione codicis *ädäm, ädengez* hanc eandem vocalium *e* et *i* permutationem vidimus, quae in formis respondentibus kazanicis *ejem ejeñ, eje* etc. occurrit.

| | |
|---|---|
| Imperativus. | |
| intellige | *angla* |
| intelligat | *anglasun* |
| intelligamus | *anglalïm (um) vel anglalïk (uk)* |
| intelligite | *anglangïz* |
| intelligant | *anglasunlar (lär)*[1] |
| intelligito | *anglagaysen* |
| intelligitote | *anglagaysiz (sis)* |
| Optativus. | |
| Sing. intelligerem | *anglagay edim* |
| intelligeres | *anglagay eding* |
| intelligeret | *anglagay edi (y)* |
| — | — |
| Pl. intelligeremus | *anglagay edik* |
| intelligeretis | *anglagay edingiz (edengez)* |
| intelligerent | *anglagay edilär (ediler)* |
| Perfectum Opt. | |
| Sing. intellexissem | *anglamïš bolgay edim* |
| intellexisses | *anglamïš bolgay eding* |
| intellexisset | *anglamïš bolgay edi (edy)* |
| — | — |
| Pl. intellexissemus | *anglamïš bolgay edik* |
| intellexissetis | *anglamïš bolgay edingiz (edengez)* |
| intellexissent | *anglamïš bolgaylar* |
| Cohortativus. | |
| Sing. intelligam | *anglaïm* |
| intelligas | *anglagïl* |
| intelligat | *anglasun* |

[1] Scriptorem adumbrationis gramm. codicis Venetiani quam parum legem harmoniae vocalium in linguis turcicis comperisse, scribendi ratio *bolgeyler*, *anglasunlär* satis superque demonstrat.

| | | |
|---|---|---|
| Pl. | intelligamus | *anglalïm (em) vel anglalïng (eng)* |
| | intelligatis | *anglangïz (gez)* |
| | intelligant | *anglasunlar (sönler,* sic!) |

In hacce conjugatione *aglalïng* pro *aglalïk* scriptum est.

Conditionalis.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | intelligem | *anglasam edi* |
| | intelliges | *anglasang (sen) edi* |
| | intelliget | *anglasa edi* |
| | — | — |
| Pl. | intelligemus | *anglasah edik* |
| | intelligetis | *anglasangiz (edi* desideratur, et suffixum *sengiz* scriptum est) |
| | intelligent | *anglasalar edi.* |

In prima persona pluralis, uti videmus, verbum auxiliare *edi* cum suffixo personali praeditum apparet *(edik).*

Perfectum cond.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | intellexerim | *angladïm ese* |
| | intellexeris | *angladïng ese* |
| | intellexerit | *angladï (y) ese* |
| | — | — |
| Pl. | intellexerimus | *angladïk (duc) ese* |
| | intellexeritis | *angladïngïz (dungus) ese* |
| | intellexerint | *angladïlar ese.* |

Futurum Cond.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | intellexero | *anglar bolsam* |
| | intellexeris | *anglar bolsang (n)* |
| | intellexerit | *anglar bolsa* |
| | — | — |
| Pl. | intellexerimus | *anglar bolsak* |
| | intellexeritis | *anglar bolsangïz (gez)* |
| | intellexerint | *anglar bolsalar (ler).*[1] |

[1] Syllabae, quae in parenthesi sunt, originalem codicis ortographiam exhibent.

Gerundium «intelligendo» *anglar egeč.*

Infinitivus «intelligere» *anglamaga.*

Scriptor hujus paradigmatis in parte codicis secunda ad finem sui exempli annotat: «secdū istā d'clinacōem potes d'clina'e oēm d'clinacōem (omnem declinationem».[1]

Conjugatio negativa.

Praesens.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | non intelligo | *anglaman* |
| | non intelligis | *anglamasen* |
| | non intelligit | *anglamas* |
| | — | — |
| Pl. | non intelligimus | *anglamasbïz* |
| | non intelligitis | *anglamassïz (sis)* |
| | non intelligunt | *anglamaslar (ler).* |

Imperfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | *anglamasedïm (dem)* | Pl. | *anglamasedïk* |
| | *anglamas eding* | | *anglamasedingiz (dengez)*[2] |
| | *anglamas edi (edy)* | | *anglamaslar edi (edy).* |

Perfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | *anglamadïm* | Pl. | *anglamadïk* |
| | *anglamadïng (dyng)* | | *anglamadïngïz* |
| | *anglamadï (y)* | | *anglamadïlar.* |

Imperativus: *anglamagïl.*

In secunda codicis parte non solum aoristus, sed etiam praesens definitum occurrit (aoristum VÁMBÉRY praesens indefinitum nominabat), ita e. g.

*aha turur* «ascendit» pag. 145 codicis,

*buza dur* «destruit» super eandem paginam,

[1] Pag. 130. codicis.

[2] In formis *edem, edengez* permutationem vocalium *e* et *i* in lingua cumanica hucusque jam saepe annotatam videmus.

*seni tapubtur hem sile* «te adoravit amatque» pag. 137. In forma pl. *keluyorler* or. *t* in *j* emollitum apparet, cf. os. كليورلر.

In lingua osmanica, Kazanica et in aliis quoque dialectis turcicis verba in *r* desinentia aoristum perquam saepe suffixo *ïr, ir, ur, ür* formant, nempe in lingua osmanica polysyllaba in *r* et *s* desinentia et quaedam monosyllaba in *r* et *l* terminata aoristum non suffixo *ar, är*, sed *ur (ür), ïr* (*ir*) informant, e. g. *görür* «vidit», — *olur* «est», — *verir* «dat». In l. Kazanica vero pariter atque in d. čagataicis omne monosyllabum, quod in *r* vel *l* desinit, aoristum *ï* vel *e* format, e. g. *alïr* «sumit», — *barïr* «it», — *birer* «dat» etc. In dialecto autem cumanica verba et mononsyllaba et polysyllaba in litteram *r* desinentia in aoristo primae personae sing. n. haud ita raro suffixo *u*, *ü*, *ï*, *i* formata apparent, e. g.

*barumen* «vado»,
*küydürümen* «accendo» in vocabulario,
*batirrimen* item in vocabulario,
*bisturumen* in pagina 33 codicis (in vocabulario),
*otunzcha berumen* «mutuor»,
*buyurumen* pag. 41 (in vocabulario),
*berumen* «do» super eandem paginam,
*berumen* pag. 43.
*bitirrimen* «perficio», ultima vox sub littera p,
*chaytarumen* «reddo» pag. 45.,
*chondarumen* «complano» pag. 46, cf. čag. كوندەلاتماك,
*amanat berumen* «commendo» pag. 47.,
*olturumen* «sedeo» pag. 50,
*tapcurumen* «sputo» pag. 51.,
*ayrumen* «separo» in eadem pagina,
*salam berumen* «saluto» pag. 52.,
*turumen* «sto» pag. 53.,
*sechirumen* «salto» in eadem pagina,
*chatisturumen* pag. 54.,
*tec turumen* «taceo» pag. 55., — *tanucluc berumen* «testificor» in eadem pagina, — *oscurumen* ibidem,

*barumen* «vado» pag. 56.,
*uyag turumen* «vigilo» pag. 57.,
*čourumen* «volvo» pag. 58.

In formis *alurmen* «sumo», — *kalurmen* «remaneo», in forma *bilurmen* «scio» pag. 49., et aliis quoque formis in *l* et *r* desinentibus tota terminatio *ïr (ir)*, — *ur (ür)* apparet. In secunda et tertia persona haec eadem verba suffixo *ur (ür)*, *ïr (ir)* formantur, e. g. *turur* etc. Forma *chorarmen* «video» in codice Venetiano semel tantum ita scripta reperitur (in d. osmanica quoque كورم *görürim)*. Monosyllaba in *l* desinentia aoristum haud ita raro suffixo *ar, är (er)* efficiunt, e. g. *tilarmen* «volo», — *chularmen* «rideo», cf. osmanicum *gülärim*, — *yularmen* «redimo» etc. In polysyllaborum aoristo terminatio *ur* (*ür*), *ïr* (*ir*) praevalet, e. g. *uyanurmen* «resurgo», — *ïnanïrmen* «credo» pag. 148., — *jugunur* «inclinat se» cf. osmanicum *öjrenir* «discit» etc.

Forma imperfecti contracta, e. g. *išitirdim*, *išitirding* juxta *išitir edem* in codice cumano passim occurrit.

Perfectum indefinitivum in syllabam *mïš* (*miš*) desiniens in codice cumanico saepenumero legi potest, e. g. *jarlilarga andan bahmis* «inde ad miseros adspexit» pag. 137., — *jarïlgamakga jwpz̄ imis*, id est *jöpči imiš* «amare eos dignatus est». Prof. VÁMBÉRY de hac perfecti forma annotat, eam in dialectis tantum occidentalibus usurpari sola dialecto chivaica excepta, — at in l. uigurica *barmïš erdim* ut forma plusquamperfecti ab ipso VÁMBÉRY allegatur, quae forma in «Kudatku Bilic» saepissime occurrit, e. g. *negü ter išitkil aǵun kezmiš er bašïnda kečürmiš közün körmiš er.*[1] Hanc formam et Turkomani saepe usurpant. In lingua jacutica itidem nomen praet. in *bït* desinens usu tritum est, e. g. *bu suruk bärt kusagannik tïlbāstammït* «hoc scriptum pessime explicatum est».[2] Haec ipsa forma in dialecto kazanica significatum substantivi assumsit, e. g. *tormïs* «vita» etc.

[1] «Uigrische Sprachmonumente». Innsbruck, 1870. Pag. 134, ver. 14.

[2] Cl. BÖHTLINGKII «Ueber die Sprache der Jakuten». Petropoli. 1848. Pag. 378. §., 738.

Forma aoristi in dialecto quoque cumanica futuro designando saepissime inservit, praeter eam etiam forma conjunctivi futurum effecit, e. g. *söügaysen* «gaudebis» pag. 142., pro *söv-ingejsen*, — *koägaj* «gaudebunt» pag. 143, in hoc exemplo tertia persona singularis pluralem significat (cf. *sapti* pro *saptilar* pag. 143). Futurum linguae uiguricae itidem perquam saepe eadem forma conjunctivi denotatur, e. g. *sening atïng etkün jïrak barka but,*[1] etc.

Formae imperativi et conjunctivi saepissime inter se confunduntur, quod etiam in aliis dialectis turcicis obvenit.

Conjugatio periphrastica in dialecto cumanica perquam trita est, sic forma *barïp turur, berip turur* etc. pro perfecto simplici saepissime occurrit, — formae verbi cum *bolmak* compositae, e. g. *chescha esitmis bolgayedim* item saepe usurpantur.

Infinitivus sub duplici forma apparet, scilicet, 1. in *mak, mäk* 2. in *maga, mägä* disinit.

Participium suffixo *kan (can), gan* formatur, sed interdum altera quoque participii forma in *a (ä), an (än), in* desinens obvenit, e. g. *er iazuhni bilmain börlendi* «vir peccatum ignorans natus est» pag. 145 codicis, *javdura* «pluvian producens» pag. 144.

Gerundium suffixo *ïp (ip)* formatur. In forma *susapturup* «sitiens» forma gerundii bis apparet.

Forma *barganda* = «dum itur,» e. g. *tuturganda* «dum tenetur» pag. 143.

Ea quoque gerundii forma in secunda codicis parte saepe occurrit, quae suffixo *gač, gäč* formatur, e. g. *egeč* «quum est.»

Forma passivi per suffixum *l* efficitur, e. g. *berelipturur* «datum est» pag. 145., — *yengilmac* «victum esse» pag. 56. Verbum autem «posse» per compositionem participii verbi principalis cum auxiliari *bilmäk* «scire» exprimitur, e. g. *ajte bilding* «dicere potuisti» pag. 142. Denique forma verbi factitiva

[1] «Kudatku Bilik». Pag. 134. versus 12.

sequentibus suffixis formatur: 1. *dur (dür)*, e. g. *javdurding* «donavisti» pag. 140. 2 *ïr. (ir)* e. g. *tatirding* «gustare fecisti» pag. 140. 3. *kïr, kir* e. g. *jetkirgil* «pervenire fac» pag. 141. 4. *guz, güz* e. g. *olturguzdi* «sedere fecit» ibidem.

## De Adverbiis.

Adverbium *alaj, ali* (in «pater noster» Kunszent Miklosiensi) ex radice pronominali *an* et particula comparationis *laj (läj)* conflatum est, cf. adverbia Kazanica *alaj, bïlaj, šulaj, šušilaj* «ita», «sic». — Terminatio nonnullorum adverbiorum *chele*, quam terminationem Blau minus recte *chelle* scripsit (Klaproth recte *chele* habet), optime cum postpositione čagataica *ǧïlaj* convenit, e. g. *berc chele* «firmiter».

## Annotationes ad syntaxim pertinentes.

Scriptores codicis extranei conjunctionem relativam contra usum linguarum turcicarum perquam saepe tunc quoque usurpabant, quum ea in dictione turcica solicite evitanda esset, ita e. g. in secunda codicis parte *Christusne kačan tuurdung* scriptum reperitur, pro quo in d. čagataica *christosnï tugdïrgač*, in d. kazanica *Christosnï tiudïrgač* dicendum sit. Ceterum etiam in codice cumanico pronomen rel. et conjunctio relativa saepe evitata et per alios modos suppleta sunt, e. g. *bilinmaganni bildirdi* «notum fecit, quod ignotum fuit», — *erning juzun heč kormagan* etc. «quae nunquam virum noverat». Conjuctio *quod, ut* in dictionibus sequentibus per constructionem formae verbi indicativae cum gerundio *dep* «dicens» vel imperativo conjunctae suppleta est: *kiz anadan dep töredi* «dicentes *(Christum)* a matre virgine natum esse», — *tengri seni soyurgadi öuluma(!) bol dep anasi* «Deus tibi favit dicens *sis filio meo mater* (pag. 151.). Etiam ordo verborum in hoc codice haud ita raro inversus est, e. g. *mengü tinč konušing eri jeri arilarning* pro *arilarning jeri* pag. 142.

## Annotationes de glossario.

In prima et in secunda codicis parte nonnullas conspeximus glossas linguae cumanicae, quas in dictionariis a nobis consultis vel omnino non vel saltem alia forma, alio significatu invenimus, ita e. g. vocem *erdenglik* «virginitas» (pag. 141 codicis) tantum in hoc codice legimus. Verbum *kopsamak* in vocabulariis turcicis orientalibus «aliquem ironice laudare» significat, at in codice cum. *kopsamak* nihil ironiae habet. *Uč* «avis» sub hac forma solum in glossario cum. (pag. 142) apparet, cf. kašgaricum *učkan*, čag. *učar*. Alias glossas cumanicas tantum in vocabulario uigurico a cl. VÁMBÉRY conscripto invenimus, e. g. *mudus* «simplex» (pag. 142), cf. uiguricum *munduz*, *montu*, quod proprie hominem simplicem significabat; *köseng* «desiderium» a radice verbi uigurici *kösämäk*, *kösümäk* «desiderare» derivatum est, cf. mongolicum *küsel* «desiderium;» *koanmaga* «gloriari» (pag. 142), cf. uiguricum *kebinmäk*, *kevinmäk*. — Quaedam glossae cumanicae manifesto e lingua mongolica transumtae sunt, e. g. *olbeklig* «abundantia» (pag. 140), cf. mongolicum *elbek*, *ölbek* idem, *amarak* «amicus» etc. — Voces arabicae in codice cumanico haud ita paucae occurrunt, e. g. *aval*, — *ayna* «festum,» — *haziz*, — *haybatli*, — *tamam* etc. — Aliquot voces ad cultum christianum pertinentes ex linguis latina et graeca in d. cumanicam irrepserunt, e. g. *altar* «altare» — *katolik*, — *klisea* «ecclesia», — *baptisma* (pag. 148.). Vox *mirron* «crisma» pag. 141 graecum Μύρον est. Vox *samola* «pix» evidenter e lingua russica transumta est, de voce autem *peč* «furnus» vehementer dubito, an eam quoque russicae originis dicam, *pič*, peč enim in d. kazanica, bosniaca, bulgarica furnum significat, cf. hungaricum *pest* in dialecto Siculorum Transilvaniae et nomen urbis Pestini, hungarice *Pest* (nomina urbium *Bécs*, *Pécs* «Vienna», «Quinqueecclesiae» fortasse ex eadem voce performata sunt). De glossis cum. persicae originis, e. g. *mihr* «amor», *dider* «vultus» jam diximus, nunc autem pauca de elementis persicis in calendario cumanico adjiciemus. Hebdo-

mas in d. cumanica *gafta* vel *jeti* nominatur, quorum nominum primum pers. هفته alterumque numerus turcicus *jeti* «septem» est (cf. hungaricum *hét* 1. septem 2. hebdomas), dies autem hebdomadis in hunc modum denominantur:

dominica: *je sanbe,*
d. Lunae: *tu sanbe,*
d. Martis: *se sanbe,*
d. Mercurii: *čaar sanbe*
d. Jovis: *pansanbe*
d. Veneris: *ayna*
d. Sabbati: *sabat cun,*

haec eadem nomina etiam in columna persica ita scripta reperiuntur. Nomina mensium cumanica sequentia sunt:

Januarius: *safâr ay,*
Februarius: *sounz ay,*
Martius: *ylias ay,*
Aprilis: *tob ay,*
Majus: *songusax ây*
Junius: *cus ay,*
Julius: *orta cux ay*
Augustus: *sonchitx ay*
September: *ches ay*
October: *orta ches ay*
November: *curban baran ay,*
December: *asuc ay.*

Annorum haec partitio in quator divisiones et medii uniuscujusque mensis denominatio «medium ver», «media aestas»; «medius autumnus», «media hyems» non solum in l. mongolica, sed etiam in l. tibetana occurrit, primus vero et ultimus harum divisionum mensis «primum ver», «ultimum ver», — «prima aestas», «ultima aestas» et sic porro denominantur, ita etiam in sermone tibetano primus harum divisionum mensis *ra-va*, medius *'bring-va*, ultimus *tač°ung* nominatur. Doctissimus Blau momenclaturam mensium cumanicam solo nomine Decembris *asuc ay* excepto optime in hunc modum explicavit:

*ylias ay* «Martius» الک یاز ای,
*tob ay* «Aprilis», cf. توبالانك «ventus vernus»,
*songusax ay* «Majus» سونك یاز ای,

---

*cus ay* «Junius» کوز ای,
*orta cux ay* «Julius» اورتا کوز ای,
*sonchitx ay* «Augustus» سونك کوز ای,

---

*ches ay* «September» قیش ای,
*orta ches ay* «October» اورتا قیش ای,
*curban baran ay* «November», e sacrificiis Muhammedanorum ita dictus,

---

*asuc ay* «December», pro quo KLAPROTHUS: *apec ay* habet; *asuc* mihi turcicum orientale ازوق «victualia» esse videtur, nempe mensis, in quo victualia congregata esse debent,
*safar ay* «Januarius» صفر ای,
*sounz ay* «Februarius» سونك ای, id est «ultimus anni mensis».

---

## VIII.

In media glossarii columna voces persicae continentur latinis cumanicisque respondentes. Initio glossarii verbum persicum *šenudan* «audire» per diversa tempora et modos conjugatum reperitur. De transcriptione sonorum linguae persicae in prima codicis parte haec pauca observanda sunt: 1. *gh* pro *ch* scriptum reperitur, e. g. *ghon* «sanguis» pro *chon*. Ceterum خ etiam per *c* et in glossa *dilkosi* juxta *dilghosi* et *dilchosi* per *k* transcribitur. Transcriptio ejusdem soni per *ch* saepe occurrit. 2. *cs* pro *š* scriptum est, e. g. *garmics* «calidum» pro *garmiš*, — *balacs* pro بالش 3. *ci* pro *č*, e. g. *ciesm* «oculus», id est چشم 4. *j* vel *čch* pro *ǵ*, e. g. *jouani* جوانی, — *chaačch* pro کوهیخ. ج etiam per *zz* et *i* transcribitur, e. g. *zzuchana*, — *iumb* 5. *ss* vel *s* pro *š* e. g. *andissa* »cogitatio» 6. *č* pro *z*, e. g. *čamî* «terra»

pro زمین. *z* etiam per *ss* transcribitur, e. g. *mussa* «ocrea» pro *muza*. 7. *k* pro *h*, e. g. *rak* «via» pro راه (pag. 56 codicis) 8. *gh* pro *h* e. g, *medeghem* «do» pro «medehem» (pag. 55) 9. littera *h* interdum eliditur, e. g. *medaem* «do». Aspirata quoque fortior خ interdum prorsus non denotatur, e. g. *abar* i. e. خبر. 10. *x* pro *z*, e. g. *tam mexanem*, v. verbum تمزدن 11. littera ب interdum praecedenti nasali fulciendae inservit, e. g. *lambs* pro *lams* 12. *v* saepe per *ou* denotatur, e. g. *oua*.

Paradigma verbi شنودن:

Praesens.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | *mesnoem* | Pl. | *mesnam* |
| | *mesnoy* | | *mesnoit* |
| | *mesnoet* | | *mesnoent* |

Imperfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | *mesindem* | Pl. | *mesinidim* |
| | *mesinidi* | | *mesinidit* |
| | *mesinid* | | *mesinident.* |

Prima hujus formae vocalis *i* quasi deleta est.

Perfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | *sinidem (sinidē)* | Pl. | *sinidim* |
| | *sinidi* | | *sinidit* |
| | *sinid* | | *sinident.* |

Plusquamperfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | *sinadabudem* | Pl. | *sinadabudim* |
| | *sinadabudi* | | *sinadabudit* |
| | *sinadabud* | | *sinadabudent.* |

Futurum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | *bisnoem* | Pl. | *besnoim (besnoym)* |
| | *bisnoy* | | *besnoit (besnoyt)* |
| | *bisnoet* | | *besnoent.* |

Imperativus.

*bisno*
*besnoitem (besnoytem)*
*besnoat.*

Optativus.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | *ysalla mesinidem* | Pl. *ysalla mesinidim* |
| | *ysalla mesinidi* | *ysalla mesinidit* |
| | *ysalla mesinid.* | *ysalla mesinident.* |

Prima hujus formae vocalis *i* similiter atque in imperfecto indicativi quasi deleta est.

Perfectum et plusquamperfectum Optativi.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | *ysalla sinadabudim* (sic !) | Pl. *ysalla sinadabudim* |
| | *ysalla sinadabudi* | *ysalla sinadabudj* (sic !) |
| | *ysalla sinadabud* | *ysalla sinadabud* (sic !) |

Futurum Optativi.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | *ysalla besnoem* | Pl. *ysalla besnoim (besnoym)* |
| | *ysalla besnoi (besnoy)* | *ysalla besnoit (besnoyt)* |
| | *ysalla besnoet* | *ysalla besnoent.* |

Subjunctivus modus.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | *zonchi mesnidem* | Pl. *zonchi mesnidim* |
| | *zonchi mesnidi* | *zonchi mesnidit* |
| | *zonchi mesnid* | *zonchi mesnident.* |

Perfectum Subjunctivi.

| | | |
|---|---|---|
| Sing. | *zoncki sinidem* | Pl. *zonchi sinidim* |
| | *zonchi sinidi* | *zonchi sinidit* |
| | *zonchi sinid* | *zonchi sinident.* |

Prima hujus formae vocalis *i* in codice prorsus deleta est.

Inf. *sanadāe* (sic !).
Part. praesens. *sanoenda.*
Part. Futuri. *ghoet sinidam* (sic !).

Formae verbi simplices interdum cum causalibus promiscue occurrunt, e. g. *meiunbanem,* imp. *beiumb.*

In codice cumanico Venetiano praeter voces cumanicas, persicas et latinas, praecipue in secunda ejus parte haud ita paucae germanicae quoque glossae occurrunt, quae a missionariis germanicis conscriptae constantem dialecti franconicae *(Mitteldeutsch)* orthographiam offerunt, ita in his glossis vocalis *i* interdum respondet *e* aliarum dialectorum e. g. *ich wiylche* loco *ich welke, iy* vero pro *ei* apparet, e. g. *ich riyse* «ich reise» etc., *ui* autem loco *iu* scriptum reperitur, e. g. *sprui* loco *spriu,* — *mich vruyst* loco *vriuset.* Consona *z* saepe pro *s* scripta est, *z* vero interdum per *cz* denotatum apparet, e. g. *czwirn* «filum».

Partem codicis nostri germanicam doct. Carolus Julius Schröerus, professor Viennensis, mihi roganti perhumaniter interpretatus est, eaque solicite perlecta non solum dialectum, cujus indolem glossae germanicae exhibent, sed ipsam hujus dialecti regionem ope glossae *tief,* quae glossa in secunda codicis parte obvenit, optime determinare potuit. Dialectus ea est, quae «media germanica» vocatur, at glossa praedicta in ea communiter non usurpatur, in vasto enim hujus dialecti territorio canis femina plerumque sub forma *zauke* apparet, ita in Transsilvania apud Saxones, in Scepusio (Zips), in Silesia, in Borussia autem occidentali haec forma *zak,* Luxiburgi *zaep,* Confluentiae *zaubel, zatz,* sed Aquisgrani jam: *tief,* Bonae *teff* sonat, quae forma cum *teff* inferioris Germaniae, hollandico *teef* plane convenit. Quum lingua codicis germanica ea sit, quae in medio Germaniae loquitur, quae etiam Aquisgrani et Bonae dominatur, quum porro forma *tief* et *teff* tantummodo Aquisgrani et Bonae in illa dialecto occurrat, patria scriptorum glossarum codicis germanicarum inter Aquisgranum et Bonam quaerenda est. Doct. Schröerus de hac re ita ad me scripsit: «Regio ubi dialectus glossarum germanicarum hujus codicis invenitur sine dubio in medio Germaniae (Mitteldeutschland) quaerenda est. Pronomen personale *er* forma *he* (interdum *ha*) occurrit. Vocales *i* et *e* inter se commutantur, e. g. *wedir*

loco *wider* etc. Ita etiam in syllabis secundariis, e. g. *ver, -en-, er : i* loco *e* occurrit. Loco *ou* linguae germanicae aevi medii (mittelhochdeutsch) saepe *oy* legitur: *hoypt, loypher (=loufer)*; loco *iu* (hodierna lingua *eu)* autem *uy: buichet, kuylecht, tuyche* etc. Initio vocis etiam interdum *z* loco *s* reperitur: *zamenunge, zeczt sich, zelgerete (sêlgeraete)*. Illud *uy, ui* loco hodierni *eu* plane cum orthographia hollandica congruit, ita etiam *z* loco *s*, quod etiam apud Saxones Transilvaniae et Scepusii in Hungaria in eorum scriptis aevi medii invenitur».

Glossae latinae non solum in prima codicis parte, sed etiam in secunda occurrunt, in qua haud ita raro versio interlinealis latina, eaque saepissime interrupta eas tantum voces cumanicas interpretatur, quas scriptores hujus codicis partis apud tirones linguae cumanicae pro parum notis vel plane ignotis existimabant. Jam KLAPROTHUS annotavit in lingua latina codicis nostri tales quoque voces mediae et infimae latinitatis occurrere, quae neque apud DU CANGIUM, neque apud DIEFFENBACHUM legi possunt: Le latin même de cet ouvrage est curieux, et on y trouve plusieurs mots peu connus, qui pourraient former un petit supplèment à DUCANGE, et qu'on parvient à expliquer à l'aide du persan et du coman qui se trouvent à côté. L'ortographe de l'auteur est l'italienne».[1] Denotatio consonae *s* per *x*, e. g. in vocibus «praepoxui», — «raxorij», — «vixus», — «elimoxina», — «quaxi», — «inquixicio», — «divixio», — «evaxio» etc. ortographiae Venetianae maxime congrua apparet, sed ex hac re minime consequitur, scriptorem vocabularii Venetum fuisse, haec eadem enim scribendi ratio etiam apud Januenses per id tempus et posterius quoque occurrebat, in quorum scriptis *z* et *x* saepe loco *s* scripta reperiuntur, e. g. Luzerna, pro pedemontano Luserna, quod in Toscana Lucerna sonat. Alioqui in haud ita paucis exemplis ipsum *x* per *ss* vel *s* denotatum reperitur, quod apud scriptores Venetianos haudquaquam in usu erat, e. g. intelèssi», — «resu-

[1] Memoires relatifs a l'Asie. Tomus III. Pag. 121.

ressi,» — «adiunssi», — «depinssi», — «dussi,» — «infinsi» etc. Nonnullae voces partis latinae quod ad ortographiam vel quod ad formam ipsam sane indolem dialecti Venetianae redolent, e. g. «endego» loco «indigo», — «tenagie», — «chibebe», — «latonum» hodie quoque «laton» loco «ottone», — «merzāius», — «caramella», — «turta», sed aliquot horum vocabulorum etiam in dialectis septemtrionalibus italicis occurrunt, e. g. «laton», quod Mediolani «loton» sonat.[1] E contrario alia vocabula eaque sane multa indolem dialectorum septemtrionali occidentalium, respective dialecti Januensis clare manifestant, e. g. «gragnora», in quo vocabulo originale *l* inter duas vocales *r* evasit, — «sivoro» in qua forma eadem permutatio obvenit, — «carubius», — «turcheyse» etc. Scribendi ratio ac formae maximae vocabulorum lat. partis scriptorem glossarii latini Januensem fuisse evidenter comprobant, quae res etiam eo corroboratur, quod antiquissimus codicis possessor ANTONIUS de FINALE erat, cujus familia ex Liguria orta Januae per longum tempus diversa munera administrabat et vulgo DE FINAR vel DE FINARIO nominata fuit, ex qua familia, uti mihi cl. CORNELIUS DE SIMONI communicavit, unus nomine ANDREAS seculo XIV Januae munere notarii («notaro e Cancelliere dei Banchi di Mutuo») functus erat. In pag. 156 codicis hoc nomen in forma originali occurrit: «Iste liber est de ANT. de FINALE», locus enim, ex quo nobilis familia DE FINAR originem sumsit, FINALE nuncupatur (in Liguria). Pro causa nostra et hoc argumentum adduci potest, quod anno 1303, quum *Toktai* in Kipčak et *Gazan* in Persia regnarent, in his regicnibus Januenses et non Venetiani commercium habebant, nec celeberrimus PAULUS Venetus (MARCUS) anno 1294 Chersonesum tauricam peragrans inter mercatores occidentales sympatriotarum mentionem fecit.

De orthographia latina haec pauca adnotanda sunt: 1. *i* saepissime per *y* denotatur. e. g. «circuytus» 2. *c* saepissime loco *t* scriptum reperitur, e. g, «inquixicio», — «nupcie» 3. *x*,

[1] V. doct. ADOLPHI MUSSAFIAE «Beitrag zur Kunde der norditalienischen Mundarten im XV. Jahrhunderte» (Viennae, 1873). Pag. 73.

uti vidimus, saepissime pro *s* scriptum est, quam denotationem unus annotatorum germanicorum haud ita raro cum *s* suprascripto emendavit 4. *ss* vel *s* interdum loco *x* legi potest 5. *r* loco *l* saepe occurrit, e. g. «fragellum», — «indecrinabile» 6. *h* interdum omissum est, alia vice tunc quoque adhibetur, quum adhiberi non deberet, e. g. «hodoro», — «honero» 7. *e* loco *o* scriptum reperitur, e. g. «retunde» 8. *o* loco *u* in quibusdam glossis legi potest, e. p. «fondo», — «fondamentum», cf. «autono» in vocabulario italico Viennensi Seculi xv, de quo doct. Mussafia l. c. quaedam disseruit 9. *n* interdum elisum est, e. g. «demostratio» 10. inter consonas *mn* interdum *p* insertum apparet, e. g. «sompnio» pag. 50, — «columpna», cf. formam imperativi «combia» in vocabulario italico r. bibliothecae Monacensis numero 362 signato. Forma «combiato» etiam in dialecto Toscanica usurpatur[1] 11, consona *n* interdum sequentis consonae fulciendae causa inserta apparet, e. g. «denpingo», — «infingo», «infinsi», alia vice haec eadem consona reduplicationem supplet, e. g. «rendo», «rendidi,» «rende». In dialectis italicis septemtrionalibus *n* praecipue sequenti consona *z* inseritur, e. g. «minzuol» 12. in voc. «monimentum» *i* loco *u* scriptum est 13. *z* loco *c*, e. g. pag. 55 «torze» pro «torce», quod formae imp. latinae «torque» respondet 14. etiam in hoc codice *qu* saepissime per *c* denotabatur, e. g. «condam», — «cotidianum» 15. *ae, oe* per *e* denotatur, e. g. «cellum» pro «caelum», — «fetz» pro «foetet» (pag. 61). — Quaedam verbi formae ex falsa analogia ortae sunt, e. g. «momordidi», — «acendidi», — «ascendidi», — «ardidi», — «abscondidi», — «descendidi», — «espendidi», — «estendidi», — radidi, — «ofendidi», quae formae omnes manifesto ad analogiam «dedi» factae sunt. Perfectum «adiuvavi» ad analogiam «amavi» conjugatum est. In formis verbi cum praepositionibus conjunctis unius litterae duplicatio saepe desideratur, e. g. «acendo», — «adisco», — «aporto».

[1] V. apud Mussafiam l. c.

Sanzarmen «pungo» pag. 44, sanzchil imp. ibid.

Sanzmac «punctus» ibid.

Sanzis «bellum» pag. 118.

Sanbe s. sabat cun «dies sabbati» pag. 80, pers. شَنبه, hebr. שַׁבָּת, — je sanbe «dies Solis» ibid., — tu sanbe «d. Lunae» ibid., — se sanbe «d. Martis» ibid., — čaar sanbe «d. Mercurii» ibid., — pansanbe «d. Jovis» ibid. Vid. nomina dierum hebdomadis in vocabulario persico.

Sax «sonus» pag. 54.

Saxagan «draco» pag. 128, — «serpens» pag. 129.

Sasir «foetet» pag. 68, — sasirmen «putreo» pag. 44, — sassimis «putridus» pag. 87.

Sastian «corium ex pelle caprina» pag. 99, pers. سختیان.

Sas brodim «expressi» pag. 223.

Saz «lutum» pag. 216, — sasi «sordidus» ibid.

Sazac «stratum» pag. 122.

Sazarsen «seminas» pag. 135, sazchil imp. pag. 54.

Sapti «abscessit» pag. 204.

Saban «ager» pag. 90, — sabanči «arator» pag. 180, — saban ieri «arvum» ibid., — saban temir «vomer» ibid.

Saban surarmen «aro» pag. 8, saban sur imp. ibid.

Sabirluc et saburluch «martyrium» pag. 163, vid. ar. صَبر.

Sabor eter «cruciatur» pag. 163.

Sabur «aloe» pag. 94, ar. صَبر.

Samala «pix» pag. 95, voc. russicae originis.

Samuc mend. pro čamgur scriptum «rapa» pag. 127.

Saw «sanus» pag. 166, cf. saglic.

Sav «rete» pag. 138.

Savrak «cranium» pag. 230.

Savri «pellis» pag. 147, cf. sagri.

Safar «viaticus» pag. 61, ar. سَفَر.

Saftalu «malum persicum» pag. 125, pers. شَفتالو.

Sar »vultur» pag. 129.

Saray »palatium» pag. 89, pers. سَرای.

Saraf «numularius» pag. 90, ar. صَرّاف.

Sari »flavus» pag. 108, sare pag. 146, cf. sarog.

Sarinčka «locus, in quo colligitur aqua», «cisterna» pag. 137, ar. صِهرِيج.

Saroū i. e. sarog »bilosum sputum» pag. 225, cf. sari.

Sarhit «superfluum» pag. 137, sâhit (sarhit) «residuum» pag. 204, ar. سَايِرَة.

Sarhitir «dimittit» pag. 230.

Sart «mercator» pag. 148.

Sarp «durus» pag. 208.

Sarpâ i. e. sarpan «genus telae bombycinae subtilissimum», «mappa» pag. 123, pers. شَربَتی.

Sarmisac «allium» pag. 127.

Salan «stramen» pag. 123.

Salam «salutatio» pag. 57, — salam berumen «saluto» ibid., ar. سَلَام.

Salamarlic bila mend. pro salamlik b. scriptum «salubriter» pag. 70, vid. voc. praecedens.

Salik «sertus» pag. 191, ? ar. سلیک.

Salinirmê (salinirmen) «suspendo» pag. 235.

Salkon «ventus» pag. 78, salkun pag. 181.

Salkum «botrus» pag. 182.

Salg «salvia» pag. 126, ar. سَلق.

Salghan «rapa» pag. 127, pers. شَلغَم.

Saldî (saldim) «addidi» pag. 146.

Salp «res rapta» pag. 145.

Säwmaclik «amor» pag. 169.

Seyr «dictator» pag. 184, ? ar. سَايِر.

Seyrac «rarus» pag. 84.

Sech «spissus» ibid.

Secharmen «exprimo» pag. 56, sechil imp. ibid.

Sechirumen «salto» pag. 57, sechirgil pag. 58.

Sechirmac «saltus» ibid.

Seger «bos» pag. 128.

Segerčic «columbus» pag. 130.

Segiz «octo» pag. 147, — sekizinči «octavus» pag. 160.

Sete ? «margo» pag. 148.
Setelar «pergula» ibid.
Sen «tu» pag. 72 et passim, — saha «tibi» pag. 132, saa idem pag. 188, sa (sā) idem pag. 157, — six «vos» pag. 73.
Seng ? «gleba» pag. 139, pers. سَنگ.
Sexarmen «sentio» pag. 55, sexdin perf. 1. p. n. s. ibid., sezdi perf. 3. p. ejusdem numeri.
Sesmac «sensus» pag. 56.
Sesarmen «dissolvo» pag. 20, sestum perf. ibid., seschil imp. ibid., sesmis «dissolutus» pag. 88.
Seskenirmen «terreor» pag. 132, — seskendirrimen «terreo» ibid.
Sebeb «causa» pag. 209, arab. سَبَب.
Semix «pinguis» pag. 87.
Semirir «impinguatur» pag. 144.
Sereun «frigidus« pag. 139.
Seriat «consul» pag. 105, ar. شَرِيعَة «lex a Deo praescripta», hic «legis custos».
Seriv «mitis», «domesticus» pag. 225, cf. hung. szelid, sziligy.
Sergek «vigil» pag. 234.
Sergizirmen «domo» pag. 221.
Serpildi «insilivit» pag. 227.
Siermen «amo» pag. 138, cf. säwmaclik.
Sic «membrum virile» pag. 112.
Sicric «cursor» pag. 191.
Siginir «refugit» pag. 187, siginč «refugium» pag. 187.
Sigit «luctus» pag. 202.
Sihandi «manicas ad cubitum usque reduxit» pag. 225.
Siharmen «poto» pag. 223, cf. soharmen.
Sijermen «urinam reddo» pag. 12, sijgil imp. ibid., — szi «urina» ibid.
Siče mend. pro sirče scriptum «velox» pag. 138.
Sičchan «mus» pag. 129.
Sidic «urina» pag. 113, cf. szi.
Sin «statua sepulcralis» pag. 222.
Sinamak «tentatio» pag. 171.
Sinalir «tentatur» pag. 142.
Sinuc «fractus» pag. 83, cf. sindi.
Sinčladim «consideravi» pag. 141.
Sindan «inferna» pag. 228, pers. زِندان «carcer», «tenebrae».
Sindi «ruptus est» pag. 203, — sindurmen «frango» pag. 27, sindur imp. ibid., cf. sinuc.
Sinduc «capsa» pag. 106, ar. صَنْدُوق s. صُنْدُوق «arca», «cista», vid. sunduk.
Sindurmac «infractio» pag. 27.
Syngermen «digero cibum» pag. 138.
Singir «nervus» pag. 112.
Singirmen «emungo» pag. 136.
Singding «imbibisti» pag. 195.
Sixgirurmen «fistulo» pag. 56, sixgirgil imp. ibid.
Sixgurma «fistula» ibid.
Sisa «fiola» pag. 123, pers. شِيشَه «vitrum» et «vas vitreum», quod voc. etiam in dialecto osm. usurpatur.
Sisarmen «inflo» pag. 33, — sismis «inflatus» pag. 84.
Sisik chetchan «detumuit» ibid.
Sismac «inflatio» pag. 33.
Sizdi «defluxit» pag. 139, sizding «liquata es» pag. 195.
Sipar «laevigat» pag. 221.
Siburtchi «scoparius» pag. 103.
Simirmê (simirmen) «glutio» vel fortasse «sorbeo» pag. 227.
Sir «mysterium» pag. 201, ar. سِرّ «arcanum», «secretum».
Syr «pecus» pag. 134.
Sira «vinum» pag. 90, pers. شِيرَه «succus rei expressus pec. dulcior et crassior» in vocabulario cl. VULLERS, —

siraz mend. pro sireǵi «caupo» pag. 102.

Sirarmê (sirarmen) «pecto» pag. 231.

Sirek «planus» pag. 138.

Sirichisch «genus mannae valde aestimatum» pag. 92, pers. شیر خشت.

Sirih «martes» pag. 235.

Sirih «desertum» pag. 145.

Siris «bitumen» pag. 182.

Sirke «acetum» pag. 180.

Sirgalak «spatium lubricum» pag. 146.

Sirt «dorsum» pag. 144, — «dorsum montis» pag. 170.

Sirdac «frexetus» in cod. pag. 118. Turc. or. شیرداغ VÁMBÉRY «espèce d'habit, de robe» interpretatur.

Sirmâ «amotum» pag. 143.

Sirrimê (sirrimen) «labi facio» pag. 224.

Sirlarmê (sirlarmen) «peregrinor» pag. 228, cf. ar. سَيْر «profectio», «iter».

Silausun «felis lynx» pag. 98.

Silar «laevigat» pag. 221.

Syleysin mend. pro siltegejsin «movebis» pag. 143.

Sili «purus» pag. 187.

Silkinädir «se agitat» pag. 230, — silkip «se movens» pag. 143.

Silcarmen «excutio» pag. 56, silchil imp. ibid.

Siltov «calumnia» pag. 233.

Soynwp «gaudens» pag. 158, cf. söunč.

Souat «os» pag. 112.

Souascurmen «bellum gero» pag. 16.

Souuar chisi «amabilis» pag. 115, cf. sauunur chisi.

Souunurmen «gaudeo» pag. 29, souungil imp. ibid.

Souunmac «gaudium» pag. 29.

Souus «amicus» pag. 6, cf. soyuslih.

Sounčac «calcaneus» pag. 113.

Sounčlu «benedictus», «gratiae plenus» pag. 172, vid. söunč.

Soup «amans» pag. 113, cf. söer.

Soumac «amor» pag. 6.

Soulun «phasianus» pag. 130.

Sokarmen «blasphemo» pag. 10, söchul imp. pag. 11, cf. söktiler.

Sokuydirmen? «fremo» pag. 133.

Socus bila «injuriose» pag. 67.

Soculapt' i. e. soculaptur «dissutus» pag. 221.

Sochur «strabo», «defioculus» pag. 116.

Soharmen i. q. siharmen pag. 223.

Sohupupur mend. pro sohuptur scriptum «mordet» pag. 146.

Sohta «farcimen» pag. 134.

Sohti «glutivit» pag. 235.

Sohranirmen «murmuro» pag. 138.

Sohlanirmen «concupisco» pag. 17.

Soyuslih «amor» pag. 206, cf. souus.

Soyurgadi «dignatus est» pag. 215.

Soyurgal «gratia» pag. 204.

Songi «ultimus» pag. 200.

Songur «falco» («pielfalchus» in cod.) pag. 130.

Songra «postea» pag. 69.

Sondururmen «extinguo lumen» pag. 24, sondur imp. ibid.

Sonsarmen mend. pro sousarmen «sitio» pag. 55, — sousagan «sitiens» ibid., — sousamac «sitis» ibid., cf. susading.

Sonbul «spica nardi» pag. 93, pers. سنبل.

Soslamac «loquela» pag. 34, vid. sös.

Soslarmen «loquor» ibid., soslagil imp. ibid.

Sozim «saltus» pag. 58.

Sozulurmen «spolio» pag. 22, sozul imp. ibid.

Sorarmen «interrogo» pag. 32, sorgil imp. ibid.

Sorgan «cepe» pag. 127.
Sol «ille, illa, illud» pag. 208.
Sol «laeva» pag. 87, — solagay «sinister», «laevus» pag. 226, — solulu idem pag. 146.
Soltan «rex», «princeps» pag. 104, — soltan catonj «regina» pag. 105, ar. سُلطَان.
Söer «amat» pag. 160, söuarmen «amo» pag. 5, sougil imp. ibid., sööli «amemus!» pag. 214, cf. soup.
Söunč «gaudium» p. 159, 207 et passim.
Söunčlarmen «gaudeo» pag. 9.
Söundilar «gavisi sunt» pag. 162.
Söundirgičim «paracletus meus» pag. 184.
Söktiler «ignominiaverunt» pag. 171, cf. sokarmen.
Söcmac «opprobratio» pag. 11.
Sös «vocabulum» pag. 141 et passim.
Sözlär «loquitur», — ters sözlär (,) ong sözlemäs «iracunde loquitur, comiter non loquitur» pag. 226.
Sövgâca i. e. sövgänča «secundum bene placitum» pag. 183.
Sövding «amavisti» pag. 214, cf. söer, söuarmen.
Sövnäk i. q. sövmäk «amor» ibid.
Söwrgamach «gratia» pag. 172.
Su «aqua» pag. 78, — sizuk su «aqua tepida» pag. 140.
Suêdî i. e. suendim «delectatus sum», proprie «gavisus sum» pag. 225, cf. söundilar.
Suulu «palea» pag. 131, vid. suluc.
Suulurmê (suulurmen) «marceo» pag. 225.
Suk «desiderium» pag. 142, — sukli «cupidus» pag. 201, — suklic «concupiscentia» pag. 185, ar. شَوق.
Suh i. q. suk, — suh kizi «avarus» pag. 117.
Suhlamagil «ne desideres» pag. 185.
Sut «lac» pag. 131.
Sudari «retro» pag. 134.
Sunadirmê (sunadirmen) «experior» in hac locutione: kuč sunadirmen «difficillimum mihi fuit», «aegrius (aliquam rem) perficio» pag. 227.
Sunarmen «extendo» pag. 226.
Sungirassinda «postea» pag, 160, cf. songra.
Sungulza «lancetta» pag. 100.
Sûduk i. e. sunduk «arca» pag. 181, cf. sinduc, ar. صُنْدُوق.
Susager (su-sager) «bubalus» pag. 128.
Susading «sitivisti» pag. 196, cf. sousarmen.
Susarmê (susarmen) «haurio ex fonte» pag. 227.
Susarmen «colo» pag. 17.
Susû i. e. susuz «sitiens» pag. 194.
Sust «piger» pag. 116, pers. سست.
Suzug «intestina» pag. 111.
Sufra «mensa» pag. 120, suffera pag. 233, ar. سُفْرَة.
Surat «imago» pag. 220, ar. صُورَة.
Suru «quaestio» pag. 137, — suruclar «interrogationes» pag. 170.
Suruc «exercitus» pag. 137.
Suruc «corium» pag. 99.
Suruna «buccina» pag. 103, pers. سورنا.
Surtarmen «ungo» pag. 63, surtchil imp. ibid.
Suluc «palea» pag. 140, cf. suulu.
Schinia «tornus» pag. 100, in columna pers. schinga ? ar. صَنَاعَة s. صَنْعَة.
Steffan nom. pr. pag. 159.
Smurut «smaragdus» pag. 109. pers. زُمُرُّد, gr. μάραγδος.
Swnular «hastae» pag. 170.

## Z.

Zaynarmen «mastico» pag. 36, zianagil imp. ibid.

Zacmach «accusatio» ibid.

Zagarmen «accuso» pag. 9, zackil imp. ibid.

Zan «cura» fortasse mend. pro gam scriptum pag. 15, ar. غَمّ.

Zamana mend. pro zaman scriptum «tempus» paginis 206, 211.

Zafran «crocus» pag. 93, ar. الاصفران, unde forma pers. زَعفَران.

Zalis «strabo» pag. 116.

Zeytin agač «olea» pag. 199, ar. زَيتُون.

Zin fortasse ar. زَين «ornamentum» pag. 137.

Zizac »flos» pag. 28, vid. čiček.

Ziray «imago» pag. 21.

Zoura «circuitus» pag. 15.

Zourayururmen «circumdo» ibid., zoura iurgil imp. ibid.

Zoplarmen «colligo» pag. 18, zopla imp. ibid.

Zugur «gratiarum actio» pag. 159, ar. شُكُور.

## P.

Paulus nom. proprium unius Apostolorum pag. 157.

Pap «sacerdos» pag. 158, cf. kaz. pup, hung. pap.

Papaz idem pag. 164, — ulu papaz «summus pontifex» pag. 199, cf. bapas, gr. πάππας.

Pargal «circulus dimensorius» pag. 100, pers. پَرگار, unde ar. فرجار.

Palang «leopardus» pag. 98, pers. پَلَنگ.

Peygamber «propheta» pag. 77, pers. پَیغَمبَر pro پیغامبر.

Peč «furnus» pag. 102.

Petrus nom. proprium unius Apostolorum pag. 157.

Pesa «ars» pag. 104, pers. پِیشَه.

Pesman «poenitentia» pag. 45, pers. پشیمان.

Pesman bolurmen «poenitet me» ibid., pesman bogil (mend. pro bolgil imp. ipid.

Peroxa «gemma vulgo turcois appellata (turchesius apud Du Cangium)» pag. 109, pers. پیروزَه.

Piala «cyathus» pag. 123, gr. φιάλη.

Pistac «pistacium» pag. 126, arab. فستق et فستق, pers. پسته.

Pil «elephas» pag. 128, ar. فِیل pers. پیل cf. fil.

Pphet i. e. prophet «propheta» pag. 216, gr. προφήτης.

## B.

Bakiding «fulsisti» pag. 202, cf. balkisin.

Bakli «foetus» pag. 215.

Bac «respice» pag. 144, — aar baca

«respectu ejus» pag. 182, — bachip «respiciens» pag. 160, — bahmis perf. indef. pag. 188, cf. bagarmen.

Bacsi «scriba» pag. 91.

Bacha «aestimatio» pag. 26, pers. بَها «pretium», «valor», cf. baha.

Bacha ururmen «aestimo» ibid, — bacha ur «aestima» ibid.

Bachan «lignum Bresillum» etiam «color ejus tincturam referens» pag. 92, ar. بعم.

Bachami «color rubicundus» s. «pseudopurpureus» pag. 108.

Bachil «invidus» pag. 117, cf. bagil.

Bachča «hortus» pag. 170, bacča pag. 89, pers. باغچَه.

Bacčazi «hortulanus» pag. 103.

Bag «vinea» pag. 89, pers. باغ.

Baga «rana» pag. 173, cf. čag. باقَه, hung. béka.

Bagat i. e. bagatur «probus», «integer» pag. 116, mong. baghator cf. etiam hung. bátor.

Bagarmen «respicio» pag. 52, baghchil imp. ibid, cf. bac, bahmis.

Bages «donum» pag. 19.

Bageslarmen «dono» pag. 19, bagesla imp. ibid.

Bager «cuprum» pag. 96, bagir pag. 145.

Bagil kisi «invidus» pag. 181, cf. bachil.

Baglagaybis «ligabimus» pag. 169.

Baglagan «ligator» pag. 102.

Baha «pretium» pag. 209, — bahasiz «inaestimabilis» pag. 213, — bahali «pretiosus» pag. 219, cf. bacha, pers. بَها.

Baht «prosperitas» pag. 204, — bahtli «fortunatus» pag. 200, pers. بَخت.

Bay «dives» pag. 22, — baylic «divitiae» ibid., cf. beg, bey.

Batarmen «mergo» pag. 36.

Batis «occasus» pag. 215.

Batirrimen «celo» pag. 18, — batirmaga inf. ibid., — batirmagil imp. formae negativae pag. 134.

Badam «amydalum» pag. 126, pers. بادام.

Badbact «demens» pag. 116, pers. بد بخت «infaustus», «infelix», cf. quod ad notionem hung. boldogtalan.

Baxar «forum» pag. 105, — baxargan «mercator» ibid., pers. بازار, cf. hung. vásár.

Baxet «grossus» pag. 87.

Baxlic «pax» pag. 78, baxluc pag. 161, cf. basilich.

Baś «lana» pag. 209.

Bas «caput» pag. 109 et passim, — «principium» pag. 31, — bas urdilar «in asylum se receperunt» pag. 162.

Baxilic «pax» pag. 159, cf. baxlic.

Basa «ergo» pag. 65, — bassa «sed» paginis 71, 168 et passim.

Baskac rector» pag. 49.

Bascha «praeter», «sine» pag. 70.

Bassarmen «premo» pag. 137, — basip «premens» pag. 191.

Basmac «caclaneum» pag. 99.

Baslarmen «incipio» pag. 31, baslagil imp. ibid.

Bapas «presbyter» pag. 77, cf papaz.

Baptismä «baptisma» pag. 212.

Bav «vinculum» pag. 204.

Bavursak «intimus» pag. 199, bavrsak «delectator» pag. 141, — «amicus» pag. 229.

Bavladi «disposuit» pag. 196, — bavvlagil «liga» pag. 231.

Bar «est» pag. 144, barmen «sum»

pag. 53, bardun mend. pro bardum perf. ibid.

Barachat «benedictus», proprie «benedictio» pag. 84, بَرَكَة.

Barumen «eo» pag. 61, bargil imp. ibid.

Barče «omnes» pag. 157 et passim.

Bardac «urceus» pag. 123

Barza vid. barče pag. 76, — barz tourada «communiter» pag. 66.

Barmac «digitus» pag. 112.

Bal «mel» pag. 91, — bal seker «saccarum melleum» pag. 199.

Balaux «cera» pag. 92.

Balazuc «pullaster» pag. 130.

Balaban «falco» pag. 129, cf. osm. بلابان, quod vocabulum l. c. male ex lingua persica depromtum diximus.

Baley «aeternus» pag. 234.

Balik «piscis» pag. 144, baluc pag. 46, — bulczi mend. pro baluczi scriptum «piscator» ibid., — baclurarmen mend. pro baluclarmen «piscor» ibid., balucra pro balucla imp. ibid.

Balkisin «fulgeat» pag. 208, cf. bakiding.

Balgamis mendose pro baglamis «ligatus» pag. 88.

Balčuc «lutum» pag. 88.

Balta «securicula» pag. 100.

Baltičak? «malleus» pag. 139.

Balsaman «balsamum» pag. 182, ar. بَلَسَان.

Be «malum cydonium» pag. 125, pers. بِه.

Beiuda «gemma rubicunda rubino similis» pag. 109, pers. پیچاد et پیچاده, quam gemmam Golius granatum esse existimat.

Beik «altus» pag. 139, — beichluch «altitudo» pag. 125.

Beynip «saliens» pag. 216.

Beyrmen «salto», «tripudio» pag. 10, beygil imp. ibid.

Beylitan chertar (?chertac, i. e. chirtak) ?«raucus» pag. 117.

Bekjn bekî (bekin) pag. 143.

Beg «princeps» pag. 104, — «dominus» pag. 144, — bey idem pag. 105, — «princeps» pag. 216 et passim.

Behet «arrha» pag. 106, ?ar. بَيْعَة, pers. بَيعانَه a forma ar. بيع suffixo انه derivatum.

Beyenč «hymnus» pag. 217.

Beyinč? pag. 208 (fortasse cum forma praecedenti eundem habet sensum).

Beygin deminutivum voc. bey pag. 214.

Beči el «urbs munita», «castellum» pag. 229, cf. nomina urbium hung. Bécs et Pécs.

Bet «vultus», tuman betli «tetricus» pag. 228.

Betichzi «scriba» pag. 55, vid. biticči.

Betlem oppidum tribus Judae notissimum pag. 159, 161, hebr. בֵּית לֶחֶם.

Benxar «similat» pag. 57.

Bexarmen «renuncio» pag. 48, bexgil imp. ibid.

Bes «quinque» pag. 143.

Bestlarmen «nutrio» pag. 39, bestlagil imp. ibid., beslagil idem pag. 135, bestla «pasce» pag. 44, — sening sösini bestlermen «non curo verba tua» pag. 39.

Bestlamac «nutrimentum» ibid.

Bessaradi «acceptavit» pag. 183.

Bezgek «torcular» pag. 220.

Berumen «do» pag. 18, ber imp. ibid., bersa «si dat» pag. 23, beraym forma, qua 1. pers. num sing. se ad actionem quandam perficiendam vel ad statum quendam perferendum cohortatur ibid., — berman 1. pers.

AKADEMIE KÖNYVTÁ

n. sing. praesentis formae negativae ibid., — berindim pag. 227, — bernalurmen s. bernelimen «debeo dare» pag. 22, bernalu boldum «debui dare» ibid.

Berch «firmamentum» pag. 26, — berc chele s. berklep «firmiter» pag. 66.

Berchiturmen s. berketermen «firmo» pag. 26, berchitchil imp. ibid., berchit pag. 28.

Bel «ren» pag. 112, — beligab «cingulum» pag. 120.

Belermê (belermen) «fascio» pag. 226.

Belgirtir mend. scriptum pro belgirti s. beldirti «manifestavit» pag. 183.

Belsêdi i. e. belsendi «nudus super cingulum» pag. 225.

Bieni(rmen) «gaudeo» pag. 29, — byenip «gaudendo» ibid., cf. beyrmen.

Bieipdir «tumidus erat» pag. 140.

Bigevedi mendose pro bigen edi scriptum «similis fuit» pag. 161.

Bičak «culter» pag. 97, — bizac «gladius» dag. 118, — «culter plicatilis» pag. 133, — bičac eticči «scalper sutorius» pag. 99, — bičacči «cultrarius» pag. 101.

Bičanlik «praesepe» pag. 159, cf. bizan.

Bičchi «serra» pag. 100.

Bit «pediculus» pag. 129.

Biter «crescit» pag. 135, bitidim «crevi» pag. 143, — biti biti «crescendo» ibid.

Bitik quodvis scriptum pag. 90, — «littera» pag. 91, — bitic ostasi «magister scholarum» pag. 104, — biticči «scriba» pag. 91. cf. betichzi.

Bitis «extuberatio» pag. 144.

Bitisli kisi (fortasse biticli «homo litteratus» pag. 228.

Bitirrimen «perficio» pag. 47.

Bitirmak «perfectio» ibid.

Bitunluc birla «integre» pag. 67.

Bitv «scriptura» pag. 212, cf. bitik.

Bix «nos» pag. 72 et passim.

Bis «subula» pag. 99.

Bisi «coctus», «maturus» pag. 84.

Bi$^{y}$sinirmê (bisinirmen) «sperno» pag. 224.

Bisturumen «maturo» pag. 36.

Bizan «foenum» pag. 131, cf. bičanlik.

Bi$\overset{z}{s}$uturmen «coquo» pag. 13, bisur imp. ibid., — bisirmis «coctum» pag. 18, — as bisurgan eu «coquina» pag. 13.

Bizchi «forfex» pag. 98, cf. bučchi.

Bir «unus» pag. 83, — bir anza «jam» pag. 67, — birardä «aliquando» pag. 64, — biras «aliquantum» pag. 158, — birlic «unitas» pag. 174.

Biriktirding «univisti» pag. 186.

Birga simul» pag. 70, birge pag. 169.

Birgi «tuba» pag. 143.

Birla «cum» pag. 64.

Bil «lumbi» pag. 141.

Bila «cos» pag. 146, bile pag. 64.

Bilau «cutis» pag. 100.

Bilermen «acuo» pag. 180.

Bilurmen «scio» pag. 52, bilgil imp. pag. 53.

Bvkurimê (bokurimen) «spargo» pag. 221.

Boksmen et «caro tenella» pag. 233.

Bochorich «caminus», pag. 119, boghoric pag. 124, pers. بخاریه.

Boga «taurus» pag. 129, cf. buga.

Bogaul «vigil», «custos» pag. 105.

Bogeymac «obedientia» pag. 141.

Bogeyp in hac locutione: jaksi bogeyp «bene armatus» pag. 231.

Bogov «moles» pag. 210.

Bog «vapor» (bogu «vapor ejus») p. 145.

Bogun s. buum «membrum corporis humani» pag. 109.

Boguzgur «gulosus» pag. 183.

Bogulurmen «aquis suffocor» pag. 39, — «flecto» ibid.

Bogulmac «suffocatio» ibid.

Bogh «excrementum» pag. 113.

Boy «corpus» pag. 111, — «persona» pag. 113, — boy bila «personaliter» pag. 70, — boy aruvlihi «castitas» pag. 183, — boy sokluki «luxuria» ibid.

Boya «tinctura» pag. 59, — boyazi «tinctor» ibid.

Boyarmen «tingo» pap. 58, boyagil imp. pag. 59.

Boyiow «color» pag. 18.

Boyn «collum» paginis 18, 111 et passim.

Botang «umbra» pag. 137.

Boxag «fuscus» pag. 108.

Boxgai chî mend. pro bolgai chim scriptum «fortasse» pag. 66.

Bos «vacuum» pag, 62.

Bošaturmen «absolvo» pag. 7, bosat imp. ibid. bossatim perf. pag. 8, — bozzatkil «remitte» pag. 171.

Bosanurmen «expedio» pag. 25, bosan imp. ibid.

Bosanmac «actio expediendi» ibid.

Bosov «remissio», «liberatio» pag. 199, cf. bozak.

(B)osdi «demolitus est» pag. 144, cf. buxarmen.

Bozak «remissio peccatorum» pag. 158, cf. bosov.

Bor «vinum» pag. 90, cf. ujgur. et hung. bor.

Boru «lupus» pag. 128, rectius böri pag. 134.

Borc «pileus», «petasus» pagg. 101, 102, — borči mend. pro borcči «pileo» pag. 101.

Borz «aes alienum» pag. 22, — borzli «debitor» ibid., borčlu pag. 91, — borčluc «obstrictus» pag. 167.

Borla «vinea» pag. 89, cf. bor.

Bolar «crystallum» pag. 227, bolor pag. 109, ar. بلّور s. بِلّور, gr. βήρυλλος.

Bolov «pars» pag. 228.

Boluzurmen «adjuvo» pag. 6, bolus imp. ibid.

Bolusmac «auxilium» ibid., cf. buluschmach.

Bolurmen «fio», «sum» pag. 26, bol imp. ibid., boldum perf. 1. pers. n. sing., ibid., bolsun «sit» pag. 31, bolsamen forma cond. 1. pers. n. sing. pag. 135.

Bolmači «in vanum» pag. 191, — äč bolmači pag. 213.

Bollach «fons» pag. 28, cf. bulah.

Böz «tela», e. g. böz togur «texit» pag. 234.

Böv «aranea» pag. 180.

Börlendi «germinavit» pag. 207.

Buen mendose scriptum pro burun «nasus» pag. 110, — embûrun «primo» pag. 69.

Buug «nodus» pag. 112.

Bu pron. demonstrativum «hic», «iste» pag. 74, in genitivo muning, in dativo mungar ibid., forma n. pl. bular ibid., — bugun hodie» pag. 159, cf. bukun, buchun.

Bucûluc «magia» pag. 138.

Bucru «gibbus» pag. 111.

Buga «taurus» pag. 147, cf. boga.

Buganakli mend. scriptum pro bugamakli «mugiens» ibid.

Bugasi «torsio ejus» ibid.

Bugermen «plico» pag. 230.

Bugovli «catenis vinctus» pag. 147.

Buču «dimidia pars» pag. 145.

Bučchi «forfex» pag. 97, cf. bizchi.

Bučgak «angulus» pag. 215.

Bugolar (?=bugular) fortasse «prophetae» pag. 212. Ceterum gv ex pers. گواه decurtatum esse potest, cf. گوا, quod si ita esset, bu gvlar «haec testimonia» vertendum sit.

Bugday s. bodaj «frumentum» pag. 130, bogday pag. 135.

Buy mend. scriptum pro bu pag. 147.

Buiuramen «jubeo» pag. 31, buiur imp. ibid., — bugurumen i. q. buiuramen pag. 44, buyurgil imp. ibid.

Buyuruc «mandatum» ibid., bwruch pag. 162.

Buyu gallice «reglisse» pag. 95.

Buth «coxa» pag. 113.

Butac «ramus» pag. 125.

Butun «integer» pag. 83, — «perfectus» pag. 217, — butu butu «integre« pag. 143.

Butuluc «lorica» pag. 118.

Buniat «fundamentum» pag. 28, arab. بُنْيَانٌ, بِنَايَةٌ.

Buniat etarmen «fundo» ibid., buniat echil (mendose pro etchil) imp. ibid.

Buxau «vitellus» pag. 128.

Buxarmen «rumpo» pag. 11, buxgil imp. ibid., cf. bosdi.

Bus «glacies» pag. 134, buyz ibid. (l. c. bus odim. buyz. yz scriptum extat, in qua interpretatione odim mend. pro germ. adir, yz pro germ. eiz scriptum esse videtur).

Busrägänčä «secundum approbationem» pag. 183.

Busrep «approbans», «approbando» pag. 191.

Buz «caeruleus» pag. 145.

Buzov «ruina» pag. 192.

Buv «sylva» pag. 143.

Bur «germen», «gemma» pag. 222.

Buran «terebra» pag. 100.

Burarmen «torqueo» pag. 60, burgil imp. ibid., — burulipturgan «tortuosus» pag. 191.

Burun «primum» pag. 159, — burungi «primus» pag. 83.

Burun «nasus» pag. 164, — burūsis i. e. burunsis «sine tubere» pag. 145, — burni chizi «nasutus» pag. 117.

Burusmis «contractus» pag. 85.

Burkit «aquila» pag. 148.

Burguča «tuba» pag. 104, — burgular «tubae majoris formae» ibid.

Burč «piper» pag. 91, hung. bors.

Burča «pulex» pag. 129.

Burzac «grando» pag. 40.

Burmix «tortus» pag. 83, cf. burarmen.

Burlendi i. q. börlendi «germinavit» pag. 219.

Bulah «fons» pag. 197, cf. bollach.

Buladolar mendose pro buladilar scriptum «vexationes» pag. 170.

Bulutlar «nubes» pag 82, — bulud «nubilum», pr. «nubes» ibid.

Buluschmach «auxilium» pag. 159, cf. bolusmac.

Bulgastur «misce» pag. 36, — bulgamis «turbidus» pag. 88.

Bulbul «luscinia» pag. 130, pers. بُلْبُل.

Brinč «oryza» pag. 107, pers. بِرِنج.

## M.

Maaiunlar «conditum subigendo confectum» pag. 93. ar. معجون.

Maana «forma» — «modus» pag. 28, fortasse pers. مانا, cf. manaysis.

Maydan «locus planus» pag. 90, ar. ميدان.

Maymačik quod humiditate satiari non potest pag. 147.

Maymun «simia» pag. 128, pers. ميمون, cf. etiam hung. majom.

Makala «platea» pag. 90, ar. مَحَلَّة.

Mac etkil «invoca» pag. 141.

Magat «certus» pag. 141, — «tutus» pag. 198, — «omnino» pag. 69, mong. magat.

Magar «fortasse» pag. 66, pess. مگر.

Magugh «gossypium» pag. 92.

Magmuda «scammonia» pag. 93, pers. ar. مَحمودَه.

Magley «frons» pag. 110.

Mahac «lapis auri» pag. 91, ar. مَحَكّ «lapis Lydius».

Mahtarmen «laudo» pag. 234.

Mahsit intentio» pag. 184, ar. مَقصود.

Mayan «praecipue» pag. 69, hoc idem voc. etiam in columna pers. occurrit (mayam).

Matellar «aenigmata» pag. 188, ar. مَثَل.

Madim «metallum» pag. 233, ar. مَعدِن «locus subterraneus metallorum et lapidum ferax», vid. apud Golium.

Maña (manna) vulgo «manna» pag. 205, ar. مَن, heb. מָן.

Manaysis «sine modo» pag. 233, cf. maana.

Manarmen «intingo» pag. 229.

Mania «ad similitudinem» pag. 143, pers. مانا.

Mangdan «petroselinum» pag. 126, in columna pers. mandan.

Mangreydir «balat» pag. 134, cf. mungreydir.

Manč kakak «juncus» pag. 135.

Masa «pruniceps» pag. 97.

Mascara «joculator» pag. 103, ital. «maschera».

Mazi «felis» pag. 128, — mazi tisi mendose pro tisi mazi «felis femina» ibid.

Mamuh «xilinum» pag. 139.

Marian chaton «Sanct. Virgo» p. 77.

Mariand «coralium» pag. 95, arab. مَرجان.

Maruimac «lens» pag. 131, pers. مَرجَمك.

Marul «lactuca» pag. 126, osm. ماروله.

Mart «vir» pag. 214, pers. مَرد.

Malahan «unguentum» pag. 100, pers. مَلهَم i. q. ar. pers. مَرهَم.

Meyx «vultus» pag. 113.

Mečälä «funis» pag. 232.

Medet «auxilium» pag. 208, ar. مَدَد.

Men «ego» pag. 23 et passim, maga «mihi» ibid., mā idem pag. 144, — menim «meum» pag. 73, — mendabar «habeo» pag. 30.

Meng «cerebrum» pag. 110.

Mengu «aeternus» pag. 234.

Mianči «censarius» pag. 101, mianzi pag. 106, cf. pers. مِیان «medium» «intercessio».

Migh «clavus» pag. 121, mih pag. 208, pers. میخ.

Mihir «affectus» pag. 192, pers. مِهر.
Minermen «ascendo» pag. 6.
Misiha «Messias» pag. 189.
Mismis «malum Armeniacum» pag. 126, ar. مِشْمِش.
Miskin «pauper», — «miser» pag. 141, ar. مِسْكِين.
Mir «princeps» pag. 216, pers. مير i. q. ar. أَمِير.
Mirät «haereditas» pag. 189, ar. مورث «possessio haereditaria».
Myron «myrrha» pag. 162, ar. مر.
Moghor «sigillum» pag. 53, pers. مهر «anulus signatorius», «sigillum».
Moghor larmen (moghorlarmen) «sigillo» ibid., moghor la (moghorla) imp. ibid.
Mohdak «obtusus» pag. 233.
Moninchibi «talis» pag. 71.
Monda «hic» pag. 66.
Mondo baî «sutor vestiarius» pag. 98.
Monzagina «aliquantulum» pag. 64.
Muhtač «egens» pag. 194, ar. محتاج,
Muna «ecce» pag. 65.
Mungreydir «mugit» pag. 134, cf. mangreydir.
Mûdus i. e. munduz «mali nescius» pag. 200.
Muzi «cornu ejus» pag. 144.
Murad «scopus, quo quis vult» pag. 196, ar. مُرَاد.
Murdar «meretrix» pag. 104, — «male» pag. 164, pers. مردار.
Murvat mend. pro müvaddät scriptum «benignitas» pag. 206, ar. مودّة, مُوَادَّة.
Murrâtlic «luxuriosus» pag. 186, cf. murad.
Mulclamac «haereditas» pag. 30, cf. ar. مُلْك «res, quam quis possidet».

## F.

Fanar «lampas» pag. 106, gr. φανάριον.
Falam mendose scriptum pro falan «talis» pag. 71, fallan pag. 76, ar. فُلَان, hebr. פְּלוֹנִי
Fil tisi «ebur» pag. 92, cf. pil, ar. فِيل.
Fus vel mend. scriptum pro fuzuli «vaniloquus», «vanus» pag. 117, ar. فُضَّالَى «qui supervacaneis occupatur et rebus ad se non spectantibus» (apud GOLIUM).
Franasca «Franciscus» pag. 157.
Frangi suf «vellus» pag. 107, ar. صُوف.
Frista «Angelus» pag. 77, pers. فِرِسته.

## V (w).

Vay pag. 66.
Way! «vae!» pag. 166.
Vacsis genus lapidis, quod in هندوستان reperitur pag. 93.
Veles «nodus e lana arborea confectus» pag. 99, ar. فَلْس.
Viat «pudor» pag. 166.
Via tursen «te pudet» pag. 166.
Vurčik «cicada» pag. 139, hung. prücsök.

Vsinlarmê (vsinlarmen) «gravo» pag. 222.

Vvgil «frange» pag. 231.

Vvseydir «blanditur» pag. 231. *

## R.

Raygan «gratis» pag. 194, pers. رایگان.

Rauand »rhabarbarum» pag. 93, pers. رَند.

Rahim «clementia» pag. 206, ar. رَاحِم «clemens«.

Rang «color» pag. 59, pers. رَنگ.

Ranzilic etarmen mend. pro rimmalik etarmen «divino» pag. 9, ranzilic ethil imp. ibid., vid. ar. رَمَل.

Raxiana «foeniculum» pag. 127, pers. رازیانَه.

Rebe «usura» pap. 85, ar. رِبًا.

Rox ex orozung decurtatum «fortuna» pag. 28, pers. روز.

Rustan «rusticus» pag. 116, pers. روستا, روستائی.

## L.

Laal «rubinus» pag. 109, ar. لَعْل, cf. llal.

Layh «dignns» pag. 209, ar. لَایِق «decens», «aptus», «conveniens».

Lac «pigmentum rubrum, quo tinguntur coria caprina», pag. 92, ar. لَک, — rangi lac ibid.

Laghan «brassica» pag. 127, osm. لحنه.

Lahab «pronomen» pag. 75, ar. لَقَب.

Lahan «baptisterium» pag. 182, pers. لَگَن.

Llal i. q. laal pag. 108.

Last «stupa» pag. 107, čag. las.

Limen «portus» pag. 43, gr. λιμήν.

Limon «limonium» pag. 126, pers. لیمونی, hind. لیمو.

# GLOSSARIOLUM

in quo nomina propria personarum, gentium, regionum et locorum, quae in columnis vocabularii cumanicis et in textibus occurrunt, secundum paginarum tenorem digesta inveniuntur.

Marian pag. 77.
Rusi pag. 107.
Jonban ibid.
Alamani ibid.
Lombardi ibid.
Astexâ ibid.

* In tribus ultimis glossis consona *v* vice vocalis *u* fungitur.

Ostume pag. 107.
Bg̃amesce pag. 108.
Sadiler «Aethiopes» pag. 137.
Kipčah pag. 144.
Franasca «Franciscus» pag. 157.
Petrus ibid.
Paulus ibid.
Lukas pag. 159.
Christos ibid.
Betlem ibid.
Steffan ibid.
Ihc χ̄pc pag. 160.
Ġuhut (ieri) «terra Judaeorum» pag. 161.
Herodes ibid.
Augustin «S. Augustinus» pag. 162.
G$^{e}$gor «Gregorius» pag. 162.
Salomõ pag. 165.
Jeronim$^{us}$ pag. 166.
Ambrosius ibid.
Annas pag. 170.
He'odes pag. 171, l. c. male sign. abbrevationis ⌒ impressum est.
Kauphas ibid.
Pylatus ibid.
Syon pag. 188.
Misiha «Messias» pag. 189.
Jesse pag. 191.
Liban «mons Libanus» pag. 192.
Aaron pag. 199.
Ishral «Israel» pag. 200.
Hava «Eva» pag. 202.
Dauid pag. 209.
Pont pilat pag. 211.
Johan pag. 215.
Gabriel ibid.
Elzabe «Elisabeta» pag. 216.
Jusup pag. 216.
Emanuel ibid.
Tatar «Turca« pag. 229.

Vocabularium persico-latinum, in quo codicis nostri persicarum columnarum vocabula omnia ordine litterarum praecedentis vocabularii cumanici simili digesta enumerantur.*

## A.

Miaem «venio» pag. 62, آمَدن.

Miaeouisen mendose scriptum pro miauisem «suspendo» pag. 43, آویزیدن.

Ayn «ferrum» pag. 96, آیَن, cf. ahin.

Ayna «speculum» pag. 100, آیِنَه.

Aynen «habena» pag. 122, ar. عِنَان.

Aoygina «vitrum» pag. 109, آبْگِینَه.

Aou «aqua» pag. 120, آو.

Aouada «terminus» pag. 106, ar. وَعْدَة.

Aouan «solutio pretii» ibid., آوان vel fortasse آوام «aes alienum», «debitum».

Aouan «mortarium» pag. 94, هاوَن.

Aouas «sonus» pag. 54, آواز, — aouas medarem «sentio» pag. 55.

Aosin «fibula» pag. 122, ar. إِبْزِيم.

Au gul «aqua rosacea» pag. 94, آب گُل.

* In hoc vocabulario juxta glossas codicis, exceptis tamen formis praesentis 1. pers. n. s. easdem arabicis quoque litterarum formis scriptas signis vocalium additis apposuimus, sicut eae in vocabulario cl. VULLERS inveniuntur. Formas vero praesentis, 1. pers. n. s. plerumque ejusdem verbi formae infinitivi sequuntur. Si qua autem glossa persica ex arabica aut turcica lingua depromta est, unde ea orta sit, annotavimus. KLAPROTHI comparationes maximam partem approbavimus, ubi autem eas haud rectas esse agnovimus, loco earum alias proposuimus. Interdum formas ab hoc viro doctissimo comparationis causa adductas aliter atque ipse scripsimus, ne a genuina orthographiae ratione nimis abhorrerent. Saepe vero juxta codicis glossas a KLAPROTHO non explicatas ex vocabulario cl. VULLERS congruas formas apposuimus.

Miauarem «affero», pag. 8, آوردَن.

Aualim «primum» pag. 69. اوّلین, ar. أوّلاً.

Auestin «manica vestis» pag. 119, آستین.

Auelin i. q. aualim pag. 83.

Aut mend. scriptum pro ard «farina» pag. 131, آرد.

Auxida «frexetus» in cod. pag. 118, cum. sirdac.

Auxû cun i. e. auxun cun «auge» p. 32, اوزون کن, — auxum mesoen «cresco» pag. 14, اوزون می شوم, — auxû (auxun) s. aučuxj «plus» pag. 69.

Miausauem «bibo» pag. 10, آشامیدَن.

Meausauem «tero» p. 56, اَفسانیدَن.

Aurex «latrina» pag. 120, آبْریز, etiam in sermone cum. aurex.

Akagh en (i. e. em) «revigilo» pag. 51, آگاه ام.

Akor «stabulum» pag. 121, آخور.

Acum «ergo» pag. 65, اَکنون.

Acsam «vesper» pag. 65, اخشام.

Achel «intellectus» pag. 53, ar. عَقَل, — acheldar «sapiens» pag. 115, عَقلدار.

Agas «principium» pag. 31, ar. أَخْذ, — agas mecunem «incipio» ibid.

Agar «si» pag. 70, اَگَر, — agarne «nisi» pag. 68, اَگَرنه.

Ahin «ferrum» pag. 28, — «frenum» pag. 122, آهَن, cf. ayn.

Ayuan «animal» pag. 127, ar. حَیْوَان.

Ayp «mirum» pag. 36, ar. غَیْب, — ayp medarem «miror» ibid.

Ač praepositio «ab», «de» pag. 67, e. g. ač dil ghos «libenter» اَز دِل خوش cf. ax, az.

Atar «mercator aromatum» pag. 91, ar. عَطّار.

Atref «confessio» pag. 15, ar. اِعْتِرَاف, — atref mecunem «confiteor» ibid.

Adab medehem «castigo» pag. 16, ادب می دهم, vid. ar. أَدَب.

Adina «dies Veneris» pag. 80, آدینَه.

An «communiter» pag. 64, ar. عَامّ.

Anecha «ecce» pag. 65, اینَك.

Ania «illuc» pag. 67, آنجا.

Angiun «mel» pag. 91, اَنْگبین.

Angust «digitus» pag. 112, اَنگشت, — angus tuana «digitale» pag. 97, اَنگشتوانَه.

Angur «uva» pag. 126, اَنگور.

And hionj «sicut» pag. 70, ? اَند «tot», «tantum», همچون «sicut.».

Andak «tantum» pag. 64, اَندك.

Andaxa «forma» pag. 28, اَندازَه «mensura», «modus».

Anden «corpus», «membrum» pag. 109, اَندام.

Anderum «intus» pag. 67, اَندَرون.

Andissa «cogitatio» pag. 14, اَندیشَه, — miandissen «cogito» ibid.

Anz mala scriptio pro az pag. 65.

Anzunim «sic» pag. 70, آندون, »illo modo», «ita».

Ax i. q. az, e. g. ax murdahâ uar hestê «resurgo a mortuis» pag. 50, اَز مُردَهان فَرا هَستَم.

Axa'gar «molitor» pag. 37, آسیاگار «fabricator molarum», — axinu «mola» ibid., آسْیون, — baaxinû mechunem «molo» ibid.

Asan «leviter» pag. 68, آسان.

Asana «cutis» pag. 100.

Asania «ultra» pag. 72, اَز آنجا.

Asech «amans» pag. 115, ar. عَاشِقٌ.

Asouar «eques» pag. 105, اَسْوار.

Astar «mulus», pag. 127, اَستَر, — astar maya «mula» ibid.

Astar «interior pannus vestis» pag. 119, آسْتَر.

Asp «equus» pag. 121, اسپ.

Aspas mestanem «recupero» pag. 49, اَز پَس می ستانَم.

Miasmayen «experior» p. 24, آزمودن.

Asman «caelum» pag. 78, آسْمان.

Asch «lacrima» pag. 113, اَشْك.

Aschara «palam» pag. 69, آشکارا.

Az «ab», «de», pag. 64, 65, اَز, cf. ax, — ačdour «e longinquo» ibid., اَز دور, — ač inpes «postea» ibid., cf. اَز آن پس, — azan «inde» p. 67, اَز آن.

Azbaraiči «quare» pag. 70, اَز بَرای چه.

Azbarayan «tamen» pag. 71, اَز بَرای آن.

Ap «aqua» pag. 78, آب.

Abar «novitas» pag. 39, خَبَر, ar. خَبَرٌ, cf. chabar.

Abursina «g. maymon» in cod. pag. 128.

Abre «nubes», «nebula», — «nubilosus» pag. 82, اَبر.

Abru «supercilium» pag. 110, اَبْرو.

Abruxun «sericum» pag. 107, اَبرِیشَم.

Abluč «saccharum crystallinum candidum» pag. 91, آبلوج.

Am «amita» pag. 114, ar. عَمَّةٌ.

Amah raft «desedit tumor» pag. 84, آماه «tumor».

Amadar «barbator» pag. 100, cf. آمای.

Amanat «commendatio» pag. 51, ar. أَمَانَةٌ.

Amasida «inflatus» pag. 84, آماسیده.

Amarat mecunem «aedifico» pag. 24, ar. عَمَارَةٌ.

Amal «labor» pag. 104, ar. عَمَلٌ.

Miamixem «tempero vinum» pag. 59, — miamissem «misco» pag. 36, آمیزیدَن.

Amoxada «consanguineus» pag. 114, هَمزادَه.

Miamoxem »disco», imp. biamus pag. 6, بِه آموز, — miamozanem «doceo» pag. 19, آموزیدَن.

Miamoxem mend. scriptum pro miamorxem «retribuo» pag. 49, آمُرزیدَن «condonare».

Amir «dux», «princeps» pag. 105, ar. أَمِيرٌ.

Amxagia «vicinus» pag. 115, هَمسایَه.

Ambrut «pirum» pag. 125, اَمرود.

Aftab «sol» pag. 78, آفتاب.

Afsar »capistrum» pag. 122, اَفسار.

Afrida «creatus» pag. 17, آفْریدَه, — afridigar «creator» ibid., آفَریدگار.

Araosi «nuptiae» pag. 39, ar. عُرسٌ.

Aracli genus quoddam telae pag. 108, cum. aracli.

Ara «serra» pag. 100, اَرَّه s. اَرَه.

Arak «sudor» pag. 113, ar. عَرَقٌ.

Araba «currus» pag. 121, ar. عَرَبَةٌ.

Are «ita» pag. 67, آری.

Ard «farina» pag. 103, آرد.

Ardixan «cribrum» pag. 94, آردَن vel آردَزَه.

Mearxem «valeo» pag. 63, آرْزیدَن.

Al «vermiculatus» pag. 108, آل «subruber.»

Alan «mundus» pag. 88, ar. عَالَمٌ.

Alaf «herba» pag. 89, — «foenum» pag. 131, ar. عَلَفٌ.

Alu «prunum» pag. 125, آلو.

Albet «omnino» pag. 69, ar. أَلْبَتَّةَ.

Allap «signum militare» pag. 118, fortasse turc. اَلپ. Ceterum allap mend. et pro ar. عَلَمٌ scriptum esse potest, quod l. c. perperam negavimus.

## E.

Eyd «festum» pag. 78, ar. عِيدٌ.

Eud «lignum aloes» pag. 93, ar. عُودٌ.

Estani «relictus» pag. 48, هِشتَه.

Esten «sum» pag. 53, هَستَن, inf. هست بودَن.

Em idem ibid., — buden praeter. abs. ibid. بُودَم.

Meelem «dimitto» pag. 19, hostem «dimisi» هِشتَن, imp. هِل.

Elzi «nuncius» pag. 105, turc. الچی.

## I.

Ycrar «confessio» pag. 78, ar. اِقْرَارٌ.

Beyf mend. pro beyft scriptum «cade» pag. 12, به اُفت, inf. اُفتادَن.

Ylla «sed», pag. 71, ar. اِلَّا.

Im rox «hodie» pag. 66, 80, اِمروز.

Ymsiri «mumia» pag. 95 (ym siri).

In «iste» pag. 74, اِین, in gen. azanj in. in dat. ba in, اِینرا, pl. inan, اِینان.

Inia «hic» pag. 66, اینجا.

Ingir «ficus» pag. 126, اَنجیر.

Insaat «modo», «nunc» pag. 68, inscaat idem ibid., آیِن ساعت, vid. ar. سَاعَةٌ.

Yrs «leaena» pag. 128, ar. عِرسٌ.

Ysala «utinam» pag. 72, ar. اِن شاءِ اَللّٰه.

Meystem «sto» pag. 57, اِستادَن.

Isty «pax» pag. 46, آشتی, آشتی کردَن c. با «pacem facere cum aliquo».

## O.

Oa «cum» pag. 64, وا.

Oaht «hora» pag. 79, ar. وَقْتٌ.

Oasa «scutella», «vas escarium» pag. 124, fortasse mend. scriptum pro کاسَه.

Oaspas medehem «reddo pag. 48, باز پس دادن.

Oapas megirem «retineo» pag. 49, واپس گرفتن.

Ou «et» pag. 65, وَ.

Ou pronomen tertiae pers. n. sing. pag. 73, اُو, — ou mix «ipse» pag. 74, او نیز, — ysen pl. pag. 73, ایشان.

Oua praepositio «re» pag. 53, وا e. g. oua mecunem «resolvo», — «extendo» pag. 25, وا کَردَن «aperire», — oua achel «sapienter» pag. 71, vid. achel, — oua kalas «salubriter», vid. ar. خَلَاصٌ, — oua chodgâi «honeste» pag. 69, ? mend. scriptum pro oua chosgari, وا خوشکاری, — oua vayfi mend. scriptum pro oua vahi «debiliter» pag. 65, وا واهی, — oua latifi «subtiliter» pag. 71, وا لَطفی, ar. لَطیفٌ.

Ouar «super» pag. 70, بَر, — ouar tandrusti «sane» ibid., بَر تَندُرُستی.

Oughormat i. e. ou ghormat «honorifice» pag. 66, vid. ar. حُرْمَةٌ.

Ous «siligo» pag. 131, اوشه.

Ousâguj «graviter» pag. 66, وَا سَختی.

Oubedadj «malitiose» pag. 68, وا بَد دادی.

Octar mend. pro doctar «filia» pag. 114, دُختَر.

Ochum mi sinoen «obedio» pag. 41, حکم می‌شنوم, vid. ar. حُكْم.

Ochanux «adhuc» pag. 64, وهَنوز.

Ondobaî «sutor vestiarius» pag. 98, cf. cum. mondo baî.

Ostachan «os» pag. 112, اُستُخوان.

Ospas miaen mend. pro aspas miaem (l. c. falso oaspas propo- suimus) «revenio» p. 50, اَز پس می آیم, vid. etiam pag. 51.

Omad «spes» pag. 77, اُمید.

Omer dras der «diu» pag. 65, عُمر دراز در.

Oroxa «jejunium» pag. 31, رُوزه, cf. etiam turc. اوروج.

Ordu palatium aestivum vel hibernum», «castra» pag. 105, cum. orda.

Oleat «provincia» pag. 89, ar. وِلَايَة.

## U.

Uanay? pag. 66, cum. vay.

Uar mehexen «surgo» pag. 57, بَر خیزیدَن.

Uar mesinem «equito» pag. 24, بَر نشستَن.

Uar metauem «tolero» pag. 56, بَر تافتَن.

Umet medarem «confido» pag. 17, اُمید داشتن, cf. omad.

Uxurmur gr. σμύρνις pag. 96.

Usculi «linum» pag. 106, cum. usculi, osm. اسکل.

Usta ychat «magister scholae» pag. 104, اُستای خط, vid. ar. خَطّ «scriptura».

Ustur «camelus» pag. 128, اُشتُر.

Ustura «novacula» pag. 49, 100, اُستُرَه.

## K.

Kaata «sectio», «amputatio», e. g. kaata mecunem «denego quod mihi datum est» pag. 39, قَطع کَردَن, vid. ar. قَطْع.

Kaadan «cabana», «tugurium» pag. 90, vid. verbum ar. قَعَدَ «sedit», «consedit».

Kaiman «tentorium» pag. 121, arab. خَيْمَة.

Kak «submersio» pag. 39, ar. غَرق, — kak mesauem «demergor» ibid., غَرق شُدَن.

Kanuar «planus», pag. 84, هَنوار.

Kam «paucus», «parum», pag. 68, کَم, cf. cham, cam.

Kambax «socius» pag. 114, همباز.

Karat «tornio» pag. 103, ar. خَرَّاطٌ.

Kala «castrum» pag. 89, ar. قَلْعَةٌ.

Kalay «stagnum» pag. 97, قلعى, ar. قَلْعٌ «nom. minerae seu venae a qua praestantior plumbi species denominatur», vid. apud GOLIUM.

Kalas «liberatio» pag. 25, ar. خَلَاصٌ «libertas», «salus», — kalas mosouen mend. pro k. mesouem «liber salvusque evado» ibid., chalasi.

Kalam «calamus scriptorius» pag. 90, ar. قَلَمٌ.

Kalep «forma» pag. 99, ar. قَالَبٌ «formula, in qua aliquid effingitur».

Kalili «tympanotriba» pag. 103.

Kalu «avunculus» pag. 114, — «consanguineus», خالو, ar. خَالٌ

Kegas «aquila» pag. 129, كَرَكَس.

Keyat «sartor» pag. 98, ar. خَيَّاطٌ.

Ketan s. chetan «tela» pag. 107, — ketan y jonban «t. de Cap» in cod. ibid., — k. y rusi «t. de Rens» ibid., — k. alamani «t. de Alemagna» ibid., — chetan soltanj «t. de Orliens» ibid., — chetan lombardi «t. lobarde» ibid., — ch. astexâ «t. astexane» ibid., — ch. ostume «t. ostume» ibid., — ketâ begonia ibid., — ketâ bga-masce «t. bergamesce» ibid., — chetan can ibid.[1]

Kexun «lignum» pag. 103, هيزم.

Kilit «clavis» pag. 12, كليد.

Ko «mons» pag. 88, خو, cf. cho.

Koat mend. pro koar scriptum «soror» pag. 114, خواهر.

Koy «ferox» pag. 84, ar.[1] قَوِىٌّ «corpore robustus».

Kom «crudus« p. 84, خام, cf. gham.

Korgin «mantica duas habens peras» pag. 121, cf. turc. قور.

Kuc «porcus» pag. 127, خوك, — kuc y chegi «aper» pag. 128, خوك قيبيجى, — kuc y maya ibid.

## C.[2]

Caargusa mendose pro čaargusa «quadratus» pag. 83, چهار كوشه.

Caouj «durus» pag. 87, — «fortis» pag. 115, ar. قَوِىٌّ, cf. cauj.

[1] Cf. quae de his nominibus in vocabulario cum. sub voce *chetan* diximus.

[2] *C* praeter *k* et *kh* saepe etiam litteram *č* designat.

Caosat «calcaneum» pag. 121.

Caugir tiartič «capsa» pag. 124, (tiartič fortasse separate a praecedenti vocabulo capsam significat).

Cauj mecunem «fortifico» pag. 28, cf. caouj, — chauj «firmiter» pag. 66.

Cautû fortasse caucû legendum «columba» pag. 130, cf. كاووك «nidus columbarum».

Cat «scriptura» pag. 55, خَطّ, cf. chat.

Catifa «holosericum» pag. 108, ar. قَطِيفَة.

Cadim «quondam» pag. 65, ar. قَدِيم.

Canauač «gossipium percussum et carminatum» pag. 102, كَنوزَه.

Canab «cannabis» pag. 106, كَنَب, unde ar. قِنَّب s. قُنَّب.

Canfor «camphora» pag. 93, كافور.

Mecasen «traho» pag. 58. كَشيدَن.

Casouî? mend. scriptum pro ǵasousi «revenditor», pag. 101, cf. جاسوسی.

Cap «talus» pag. 113, ar. كَعب.

Cam «rarus» pag. 84, كَم, — cam ou bes «solum» pag. 71, كَم وبيش proprie «paucum et multum», — bacamtâi i. e. bacamtari «raro» ibid., cf. kam, cham.

Camâ i. e. caman «arcus» pag. 118, گمان, cf. chamanchar.

Caf «planta pedis» pag. 113, ar. كَفّ.

Car «opus» pag. 104, كار, — «scriba» pag. 55.

Car «asinus» pag. 127, خَر, — car maya «asina» ibid.

Cara cuxan «felis niger» pag. 128, vid. cum. cara cuxan.

Carap mecunem «destruo» pag. 11, خَراب كَردَن, vid. ar. خَرَاب.

Card «debitum» pag. 22, — cardar «debitor» ibid., — cardarem «debeo», ar. قَرض, cf. chard.

Card «culter» pag. 97, — card muxadusi «scalper sutorius» pag. 99, — «gladius» pag. 118, — cardcar «cultrarius» pag. 101, كارد, cf. hung. kard.

Carpus posim «anterior equestris sellae arcus» p. 122, قرپوس پيشين, — carpus pesin «posterior equestris sellae pars» ibid., قَرپوس پَسين.

Carbil «cribrum» pag. 94, ar. غَرَابيل.

Calem «brassica» pag. 127, ar. كَلم.

Ceasp «dactylus» pag. 126, ar. قَشْيب.

Ciaul «stragula» pag. 121, چول.

Ciana «mentum» pag. 110, چانه.

Cianac «maxilla» ibid., diminut. formae praecedentis.

Ciamî i. e. ciamin «urina» pag. 113, چَمین.

Meciaranem «pasco jumenta» pag. 44, چَراندَن.

Ciesm «oculus» pag. 110, چَشم, — nuî ciesm i. e. nuri ciesm «lumen oculi» ibid., vid. ar. نُور.

Ciou «lignum» pag. 125, چوب, cf. cui.

Cion učin «pomum ephippii» pag. 122, sec. KLAPROTHUM چوب زین.

Mecinachem «mastico» pag. 36, cf. cum. zianagil (= čanagil) ibid.

Metinem mend. pro mecinem scriptum «colligo» pag. 18, چیدَن s. چِدَن, imp. چِین s. چِن.

Ne mecoêm «nolo p. 38, نَه خَواستَن, imp. خواه, cf. mechoem.

Cocrar «tonitru» pag. 59, cum. chocramac, — crocar mecunet «tonat» ibid.

Cohat «robur», «vis», pag. 27, ar. قُوَّة.

Cota «curtus» pag. 86, کوتَه, cf. cutay.

Codrat «potentia» pag. 28, cudrat pag. 42, ar. قُدْرَة.

Condroc «thus» pag. 92, کُندُر.

Mecosten «cado» pag. 12, ad hanc verbi formam KLAPROTHUS annotavit: «L'auteur paraît avoir confondu cado et caedo, car کشتن kuchten signifie tuer en persan.»

Mecoften in edit. nostra male impressum mecosten «jaceo» pag. 33, coften mendose costen impressum perf. 1. pers. n. s. ibid. خُفتَن.

Cop s. cuip «stragula» p. 122, کوپ.

Copac «lumbus» pag. 111, کُوبَک.

Coptaluc «granum» pag. 131, cum. coptaluc.

Cofle «sera ferrea cistae» pag. 12, کوپلَه.

Coram «talpa» pag. 128, کَرموش.

Mecorem edo» pag. 11, خواردن.

Coligiâ i. e. coligian «galanga» pag. 95, خولِنجان.

Cui «lignum» pag. 89, چو, cf. ciou.

Cuia «ubi» pag. 72, کجا, — axcuia «unde» ibid.

Cucia «platea angusta», «via», «vicus» pag. 90, کوچَه.

Cutay «brevitas» pag. 86, کوتاهی, cf. cota.

Cuda «cyathus», «scyphus pec. major» pag. 123, ar. قَدَح.

Cudu «cucurbita» pag. 127, کَدو.

Mecunem «facio» pag. 26, cherdem

perf. 1. pers. n. s., ibid., buchun imp. ibid., كَردَن, imp. كُن.

Cusa «urceus» pag. 123, كوزَه, cf. ar. كُوز.

Mecusaem «exsolvo» pag. 20, كُشادَن.

Mecusen «extinguo lumen» pag. 24, — «interficio» pag. 33, كُشتَن.

Custu «cingulum» pag. 12, كُستى.

Curâ mend. pro cudam scriptum «qualis» pag. 76, كُدام «quis», «qualis», cf. churanj.

Cursi «sella» pag. 119, ar. كُرسِيّ, — «scamna in scholis» pag. 104, كُرسيان.

Caltar et caltur «vultur» pag. 129, cf. خال.

Cula «pileus» pag. 101, كُلاه, — cula aym «cassis» pag. 118, كلاه آهنى, — culadux «pileo» ibid.

Cremixi genus coloris rubri in caeruleum vergens pag. 108, pers. قِرمِز.

Clic «stramen» pag. 123, fortasse ar. عَلَفٌ.

## Ch.*

Chaačch «calx» pag. 102, كَچ s. كَچ, cf. كَچ, cf. gerč.

Chaygh «sinistra pars», «sinister» pag. 82, — «tortus» pag. 83, zend. haoya.

Chakal «lentus» pag. 87, كاهِل.

Chagat «charta» pag. 91, كاغَذ.

Chagba «meretrix» pag. 104, cf. كَهِب «opprobrium».

Chay «quando» pag. 70, كَى.

Chaiat «necessitas» pag. 42, ar. حَاجَةٌ et non شايد, uti l. c. opinatus sum, — chaiat est «necesse est» ibid., حاجت است.

Chaye «pullex» pag. 129, خايَه.

Chat «scriptura», «litterae» pag. 91, ar. خَطٌّ, cf. cat.

Chatir «voluntas» pag. 60, ar. خَطَرٌ «existimatio».

Chadi «consul» pag. 105, قاضٍ.

Chanachar «luxuriosus» pag. 117, cf. حانَه كَن «degener», «pravus».

Chanabar mend. scriptum pro charuba genus quoddam succini pag. 94, كَهرُبا.

Chanxer «serva» pag. 105, fortasse كَانده.

Chaxac «testiculus» pag. 112, ar. خُصيَةٌ et خِصْيَةٌ.

* *Ch* praecipue litteram ق, ح et خ designat.

Chas «persona» pag. 113, كَس.

Chasis «presbyter» pag. 77, ar. قَسِيس.

Chasuir «foenisicium» pag. 127, خُسور.

Chasurch «socrus» pag. 115, خُسورَه.

Chascan «caldarium» pag. 124, cum. chaxan.

Chasragu «strigilis ferrea, qua equum radunt» pag. 122, turc. قَشر.

Chababa «uva malvatica» pag. 93, ar. حَبَاب.

Chabar megoem «certiorem facio» «narro» pag. 48, vid. ar. خَبَر, cf. abar.

Chabut «caeruleus» pag. 108, كَبود.

Cham cun «diminue» pag. 20, كَم كُن, cf. kam, cham.

Chama bare «saepe» p. 71, همَه بارَه.

Chamanchar «qui arcus conficit» pag. 103, كَمانكَار s. كمان كَر, cf. caman.

Chamar «corriga» pag. 120, — «adstrictorium lorum caligarum» pag. 121, ar. حَمِير.

Chamal «bajulus» pag. 103, ar. حَمَّال.

Char «surdus» pag. 117, كَر.

Charabat «meretirx» pag. 111, ar. pers. خَرابات, cf. garabat.

Mecharem «rado» pag. 29, خاريدَن.

Charg «expensum» pag. 25, ar. خَرج, charg mecunem «impendo» ibid.

Bachard «aes alienum» pag. 38, بقَرض, ar. قَرْض, cf. card, — bachard medehem «mutuum do» ibid.

Mahul «sterilis» vel fortasse «delator» pag. 117, ar. مَحْوُل.

May «mensis» pag. 79, ماه.

Maya «femina» pag. 109, مادَه, — maya beus «capra» pag. 128, مایَه بُز.

Mayas «pulsus» pag. 112, ar. نَبْض.

Mayam «praesertim» pag. 69, cf. ميان.

Maymon «simia» pag. 128, ميمون.

Made «stomachus» pag. 111, مِعْدَةٌ.

Madian «leopardus» pag. 127, مادِيان.

Man «ego» pag. 72, مَن, pl. yma ibid., ما, gen. azanj man ibid., ازان مَن, — oamâ i. e. oaman «mecum» pag. 68.

Beman «mane» pag. 35, — menaanem mend. scriptum pro memanem «maneo» ibid. et p. 51, ماندن.

Manenda «similitudo» pag. 86, مَانَنْدَه.

Mandan «petroselinum» pag. 126, cum. mangdan.

Mansura «amica» pag. 114, ar. مَنْصُورَةٌ, quod vocabulum l. cit. male impressum extat.

Manzelga «hospitium» pag. 89, vid. ar. مَنْزِلٌ.

Maxith mend. scriptum pro maxrich «oriens» pag. 82, ar. مَشْرِقٌ.

Masan «unguentum» pag. 96, ar. مَشْنٌ.

Mascara «ludibrium», «irrisio» pag. 104, ar. مَسْخَرَةٌ.

Masg «medulla arboris» pag. 125, مَغز, cf. mag.

Mast «lac acidum» pag. 131, ماست.

Masdac «mastiche» pag. 92, gr. μαστίχη, ar. مَصْطَكَا, osm. مصطكى.

Mar vel madar «mater» pag. 114, ex quo primum decurtatum est.

Mar «serpens» pag. 129, مار.

Mariâd i. e. mariand «coralium» pag. 95, ar. مَرْجَانٌ.

Mariam caton «Sanctissima Virgo» pag. 77, ad caton, cf. quae sub hac voce in glossario cumanico diximus.

Mariuimac «lens» pag. 131, مَرْجُمَك.

Marc «mors» pag. 86, marg pag. 35, مَرْك, — memirem «morior» ibid., مُرْدَن, imp. مِير et مِر, cf. murd.

Malag$^{h}$a «cochlear» p. 124, ar. مِلْعَقَةٌ.

Maldar «dives» pag. 115, مال دار, vid. ar. مَالٌ, cf. maaldar.

Malham «unguentum» pag. 100, مَلهَم, cf. memaalen.

Mechemanj «convivium» pag. 17, مِهمانى, — mechemanj mecunem «convivor» pag. 17.

Megh «clavus» pag. 121, ميخ.

Mesa «silva» pag. 89, vid. vexa.

Mesin «corium ovinum» p. 99, مشين.

Mesourat «admonitio» pag. 9, arab. مَشُورَةٌ «consilium».

Mess «aes», «cuprum» pag. 96, مِس.

Mezium «salvus» pag. 25, fortasse ar. مُنْهَزِمٌ, اِنْهِزَامٌ, — mezium mesouem «liberor» ibid.

Memaalen «ungo» pag. 63, مالیدن «fricare», cf. malham.

Merc fortasse pro marc scriptum pag. 66, cum. vay.

Merd «homo» pag. 109, مَرد.

Mien «lumbi» pag. 112, میان.

Miouat «fructus» pag. 89, miua pag. 28, 125, مَیوَه.

Mixa «cilium» pag. 110, مژَه.

Mismis «malum armeniacum» pag. 126, ar. مِشْمِش.

Mirat «hereditas» pag. 30, ar. مِیرَاث, — mirachori mecunem «heredem instituo» ibid., میراث خوار گردَن.

Milac «trulla» pag. 125, ar. مَلَاق.

Moist «pugnus» pag. 112, مُشت.

Moghor «sigillum» pag. 53, مُهر, — moghor menehem «sigillo» ibid.

Moghtasin «nobilis» pag. 115, ar. مُحْتَشِم.

Mogrupar «pratum» pag. 90, مَرغزار «locus, ubi gramen مَرغ dictum copiose crescit» apud VULLERS, cf. mroguxar.

Motbahi «coquus» pag. 13, — muthagh mend. scriptum pro matbah «culina» ibid., ar. مَطْبَخ.

Moxa «ocrea», «calceus» pag. 99, موزَه, cf. musa, — sarmoxa «calcaneum» ibid., vid. ar. جِر «basis», — ser ymoxa «pars anterior calcei» ibid., سَر موزَه genus calcei superioris ocreis superindutum (apud VULLERS).

Mom «cera», «candela» pag. 90, mum pag. 92, موم.

Mu «crinis» pag. 110, muy pag. 46, مو et موی, — muibâd i. e. muiband «ligamen crinium» ibid., موبَند, — muin «pilosus» pag. 84, موین.

Muchanj «firmamentum» pag. 26, ar. مُحْکَم «firmus», — mucham mecunem «firmo».

Muchabil «similis» pag. 85, ar. مُقَابِل,

Mugarâ i. e. mugaram «November» pag. 81, ar. مُحَرَّم.

Mutrub «musicus» pag. 103, ar. مُطْرِب.

Muxa «ocrea» pag. 99, موزَه, cf. moxa, pust ymusa «corium calcei» ibid., پوست موزَه, — muxados «sutor» ibid., موزَه دوز.

Mus «mus» pag. 129, موش.

Musc «moschus» pag. 93, مُشک dial. Transoxaniae.

Mustâi «emtor» pag. 106, ar. مُشْتَری.

Mussa i. q. muxa pag. 14, — mussa mepussen «ocream induo» ibid.

Muba genus cibi pag. 18, مُبا, de quo VULLERS in vocabulario ita scripsit: «intestina ovis oryza et carne minutatim concisa farta et cocta».

Mûr «avis» pag. 61, مُرغ, cf. murg.

Murakab «atramentum» pag. 91, ar. مُرَكَّب.

Muruâi i. e. muruarid «unio», «margarita» pag. 109, مَرواريد.

Murg «gallina» pag. 130, vid. apud VULLERS مُرغ خانگی «avis domestica, gallus, gallina».

Murd «mortuus» pag. 88, مُرد, cf. memirem.

Mroguxar «pratum» pag. 89, مَرغزار cf. mogrupar.

## F.

Faena «divisio» pag. 20, fortasse «divisio temporis per horas» vid. ar. فَيْنَة «hora», «tempus».

Fastar «columba» pag. 130, cf. فاختَه.

Mefaben «torqueo» pag. 60, imp. befan, fortasse ex تافتَن corruptum.

Fabirhi «lardum» pag. 131, فَربَهی «pinguedo», vid. ferbe.

Farda «cras» pag. 65, فَردا, — pax farda «perendie» pag. 80.

Farxen mend. pro farxend «filius» pag. 114, فَرزَند, — faxand «filia» ibid.

Mafarmaem mend. pro mefarmaem »jubeo» pag. 31, فَرمودَن, imp. فرما, — farmanj »imperium», «mandatum» pag. 44, فَرمان.

Falan «talis» pag. 71, ar. فُلَان.

Fenus «laterna» pag. 106, ar. فَانُوس, gr. φανὸς.

Fenduc «nux avellana» p. 125, فُندُق.

Festuc «pistacia» pag. 126, forma ar. vocis pers. پِستَه, vid. apud VULLERS.

Ferugia «pullus gallinae» pag. 130, ar. فَرُّوج.

Ferbe «pinguis» pag. 87, فَربَه, cf. fabirhi.

Fil «elephas» pag. 128, ar. فِيل.

Filfil «piper» pag. 91, پلپل.

Fusos «deceptio» pag. 22, فُسُوس, — fusos mecunem «decipio» ibid., فُسُوسيدَن.

Furn «furnus» pag. 102, ar. فُرن.

Framus «oblivio» pag. 41, فَراموش, — framus mecunem «oblivisco» ibid.

Frista «legatus» pag. 34, فِرِستَه, — mefristem «mitto» ibid., فِرِستادَن.

Fôgtar i. e. frogtar «venditor» pag. 106, فروختار, — mefrossen «vendo» pag. 60, فِروختَن, imp. فِروش, — froctanj «venditio», فِروختَنی.*

Fru mecunem «demitto» pag. 8, فرو کَردَن.

Flachi «latitudo» pag. 86, فَراخی.

Flasci «lagena» pag. 121, «flascū» in columna codicis latina, germ. flasche, hung. palaczk.

## V.

Va mecunem «aperio» pag. 7, va cherdem perf. ibid., وا کَردَن.

Vas «serenum» pag. 82, cf. cum. ayas.

Vas suda «solutus» pag. 88, باز شُدَه.

Var esta «suspensus» pag. 85, بَر هَستَه.

Var mecunem «accendo lumen» pag. 6, وَرغ کَردَن.

Valeat «ditio» pag. 89, ar. وِلایَة, cf. cf. oleat.

Vexa «silva» ibid., وِیشَه, cf. mesa.

## R.

Ra «via» pag. 88, rach pag. 16, rak pag. 61, راه.

Rauand «rhabarbarum» pag. 93, رَند.

Rac «vena» pag. 112, رَگ.

Ragt «pannus detritus» pag. 121, رِگو.

Ragsi «saltatio» pag. 10, ar. رَقص, — rags mesanem «salto» ibid.

Raghmat «misericordia» pag. 78, ar. رَحمَة.

Raha mecunem «quiescere facio» pag. 47, رَها کَردَن.

Ran «femur» pag. 113, ران.

Rang «color» pag. 102, رَنگ, — rang mecunem «tingo» pag. 58, رَنگ کَردَن.

Ranguir, râguir «aegrotus» pag. 86, 116, رَنجور, — rangûi «infirmitas» pag. 86, رَنجوری.

Randa «instrumentum, quo fabri lignarii radunt vel laevigant» pag. 100, رَندَه.

Raxana «foeniculum» pag. 127, رازیانَه.

Raxi em «placeo» pag. 44, راضی آم, vid. ar. راضٍ.

Merasanem «pervenire facio», «perduco» pag. 7, رَسانیدَن s. رَساندَن.

Merrasen «maturo» pag. 36, رَسیدَن.

Rast «dextra pars» et «dexter» pag. 87, راست.

* Nom. actionis ex forma inf. ope suffixi *i* derivatum.

Rasti «veritas» pag. 63, راستی, — ba rasti «vere» pag. 72.

Ram mecunem «incanto» pag. 9, cf. رام «potestas» vel fortasse رَمل کَردَن, vid. رَمَل «sortilegii species, quae per puncta instituitur, geomantia» apud GOLIUM.

Ramadan «Julius» pag. 81, رَمَضَان.

Rafre mend. scriptum pro barfe «nix» pag. 82, بَرف, cf. bafre.

Rabiaual «Februarius» pag. 80, ar. رَبیع الاول, — rabio lagher «Martius» pag. 81, ar. رَبیع الاخر.

Reysa «fimbria», «fibra» pag. 122, ریشه.

Reg «arena» pag. 120, ریگ.

Regep «Majus» pag. 81, ar. رَجَب.

Richeb «stapes ephippii, in quo pedem figit eques» pag. 122, ar. رِکاب.

Ris «barba» pag. 113, ریش.

Rismā «funis» pag. 102, risman «filum» pag. 97, «filum netum» pag. 27, ریسمان, — rerassem mend. pro merassem «fila deduco», «neo» ibid., رِشتَن, imp. ریس.

Meroem «eo» pag. 61, رَفتَن, imp. رَو.

Rox «dies pag. 79, روز.

Roxgar «tempus» pag. 82, روزگار.

Rosan «clarum» ibid., — «lumen» pag. 32, روشَن.

Rosanj «visus» pag. 63, روشَنی.

Robagh «canis corsac» (nomen kirghisicum) pag. 98, روباه «vulpes» cf. rubaan.

Rugay gul (rugani gul) «oleum rosaceum» pag. 95, روغَن گلاب, — rugan «oleum» ibid., روغَن, — rugan y gerdehâ (gerdehan) «oleum nucis»» ibid., روغَن گِردگان.

Ruj «vultus» pag. 113, روی.

Ruda «intestina» pag. 111, روده.

Rustay «rusticus» pag. 116, روستائی.

Rubaan «vulpes» pag. 97, روباه s. روبَه, cf. robagh.

Rubala «rectus» p. 83, fortasse روبَراه.

Merdien «dilacero» pag. 23, دَریدَن.

## L.

Laal «rubinus», pag. 109, ar. لَعْل.

Laech est «decet» p. 19, لایق اَست, vid. ar. لَایِق «decens», «aptus», «conveniens».

Lauagâi i. e. lauagari «suplicatio», «rogatio» pag. 52, vid. لابه کَر.

Lauezan «avarus» pag. 117.

Lagan «habena» pag. 122, لَگام, cf. lahan.

Lagar «macer» pag. 87, لاغَر. — lagâi i. e. lagari «marcor» pag. 86, لاغَری.

Lahan i. q. lagan, — lahan car «coriarius» pag. 101, لَگام کار.

Lahab «pronomen» pag. 75, ar. لَقَبْ.

Ladan «ladanum» pag. 95, لادَن, gr. λήδανον, λάδανον.

Lang «claudus» pag. 117, لَنگ.

Laxgâi i. e. laxgari «temperantia» pag. 59, cf. لیزیدَن «miscere».

Last «stupa» pag. 107.

Laschar «exercitus» pag. 118, لَشکَر, unde forma ar. عَسْکَر.

Lab «labium» pag. 110, لَب.

Labad «etiam» pag. 65, ar. لَا بُدَّ.

Lamsay tactus» pag. 81, ar. لَمْسْ, — lambs mecunem «tango» pag. 58, لَمس کَردَن.

Larx «tremor» pag. 59, لَرز, — xamî larx «terraemotus» ibid. زَمین لَرز, — melarxen «tremo» ibid., لَرزیدَن.

Lal «mutus» pag. 117, لال.

Leches «culter» pag. 99, ar. لَنْخَزْ.

Lechef «lodix» pag. 123, ar. لِحَافْ.

Liman «portus» pag. 43, لیمان.

Limon «limonium» pag. 126, ar. لَیْمُونْ.

Lif kalan «penicillus» pag. 102, ar. لِیفُ قَلَمٍ.

Lil «turbidus» pag. 88, fortasse ذیل.

Lilar (?lilac) mendose scriptum pro kilac «frons» pag. 110, کَلاک «vertex capitis».

Luch nomen pigmenti rubri in Hindustan celebris pag. 92, لُک.

Lux «luscus» pag. 116, لوچ.

# VOCABULARIUM GERMANICO-LATINUM.*

## A.

Äbäch «latus posticum» in hac dictione occurrit: ha hat das äbäch umme gekart «vestimentum suum invertit» pag. 231, cf. german. antiqu. apuh: «aversus», «sinister»; med. aev. ebech.

Acht in hac dictione: he acht zin nicht «nihilipendit» pag. 221, er achtet sein nicht.

Adir «sive», pag. 224 ader «scriptum», francon. ader, germ. oder, v. GRIMM Wtb. 1, 179.

Agele: eyn agele «palea» pag. 140, v. agele, agen «palea» GR. Wtb. 1, 189.

Akker: där akker «ager», ûgeakert akker (i. e. ungeakert a.) «derelictum solum» pag. 224, 229.

Andir: ich andir beyde? germ. ich ändere beide? pag. 228.

Andirs: wi andirs «alioquin» pag. 226, vid. cum. jeh (i. e. joh) alayesa.

Atwt (i. e. antwort) «responsum» in

* Doctissimus CAROLUS JULIUS SCHRÖERUS, professor Vindobonensis, de litteris germanicis, si quis alius, bene meritus, rogatus a nobis germanicas codicis cumanici glossas in hoc vocabulario ordine alphabetico digestas diligentissime perlustravit easque non solum nobis explicavit, sed etiam, ubicumque necessarium videbatur, adpositis antiquiorum dialectorum germanicarum formis similibus magis dilucidavit. Pro quo labore suscepto viro doctissimo publicas agimus gratias. Nonnullae tamen glossae germanicae in hoc codice forma adeo corrupta scriptae sunt, ut sensus inde elici prorsus nequeat. Id quoque annotatum volo, glossas germ. cum cumanicis in significatione non semper prorsus convenire. Nomina dialectorum germanicarum propria, quae in vocabulario illo occurrunt, haec sunt:

| | | |
|---|---|---|
| germanicum | = | neuhochdeutsch, |
| germanicum medii aevi | = | mittelhochdeutsch, |
| franconicum | = | mitteldeutsch, |
| saxonicum | = | niederdeutsch, |
| flandricum | = | niederländisch, |
| germanicum antiquum | = | althochdeutsch. |

hac dictione: di antwt hat sy gekrêget «responsum offendit eam» pag. 230.

Arkrinn-glich «crispo capillo similis» pag. 223, fortasse germ. haarkringlicht i. e. «crispus», gekräuselt.

Ars: der ars «podex» pag. 112, — germ. m. ae. ars, — der ars beyn «uropygium» ibid.

Artic «urbanus» in hac dictione: eyn artic man «homo urbanus» pag. 228.

Awe «nemus» pag. 136, cf. germ. aue, au, germ. med. ae. ouwe.

## B.

Babe: en babe «matercula» pag. 232, germ. m. ae. bâbe «vetula».

Bal «latravit» pag. 134, cf. germ. med. ae. bal.

Bessere neher pag. 224, germ. m. ae. bezzeraere «corrector», naejer «sutor».

Bycht «confessio», germ. beichte, m. ae. bîcht.

Bi eyn andir i. q. germ. bei einander pag. 134.

Bihenge: ich bihenge «suspendeo» pag. 235, germ. behänge.

Bilde: eyn bilde «imago», «statua» pag. 226, — des todin bilde «statua sepulcralis» pag. 222.

Billit: d' hunt billit «canis latrat» pag. 132, cf. germ. med. ae. bellen.

Binippe «gusto», germ. benippe.

Birumet sich «gloriatur» pag. 222, cf. germ. berühmt sich.

Bisvere: ich bisvere «gravo» pag. 222, germ. beschweren, m. ae. beswaeren.

Bitne «subtilis» pag. 139.

Blecuch «pallidus» pag. 139, germ. bleich.

Bliyde: dy bliyde «funda» pag. 222, germ. m. ae. blîde.

Bliye «plumbum» in hac dictione: eyñ spange vô bliye «cingula s. fibula plumbea» pag. 138, germ. m. ae. blî.

Blîce: ich blîce (i. e. ich blinze) «nicto» pag. 234, germ. m. ae. blinze.

Blos «nudus» pag. 220, h. l. «levis», vid. cum. öngu, germ. bloss.

Boumwolle «xylinum» pag. 139.

Böygdä: ich böygde (sic !) mich «acclino me», in perfecto ich boyte mich pag. 137, cf. germ. med. ae. böigen.

Braysplabar? (voc. cum. respondens sairi residuum significat) pag. 134.

Brant: ey brant «incendium» pag. 139, germ. Brand.

Brechе: di brechе «vervactum» pag. 229, germ. med. aevi diu brâche.

Brechtit «loquitur» pag. 134, cf. germ. m. ae. brechten.

Breyt «latus» pag. 139. Ich breyt «dilato» pag. 221, germ. breite.

Brichs uñ dês (dens) «frange et extende» pag. 231, germ. brich's und dehne es.

Bröhe, germ. Brühe «jusculum».

Brû, germ. braun, m. ae. brûn.

Bruch: en bruch gurtel pag. 233, germ. Hosengurt, Bruchgurt, m. ae. bruochgürtel.

Brwuc geret fortasse brunc geret (=geraete) «ornamenta» pag. 139, cf. flandr. pronk, saxon. prunk, germ. prunk.

Brutusp? «terribilis», cf. germ. ant.

pruttisk «torvus», vid. GRAFF, Sprachschatz 3, 288.

Bu(cke): ich bu(cke) «inclino» pag. 224.

Buychet «ventrosus» pag. 222, germ. bauchet, vid. GRIMM, Wtb. 1, 1166.

Burn: eyn burn «scaturigo» pag. 134, cf. anglosaxon. burna, francon. burne, germ. m. ae. brunne, «puteus».

Burnstein: eyn burnstein «electrum» pag. 140. Ad formam burnstein, cf. burnholz pro brennholz.

## C (=k.) Cz (=z).

Czam «mansvetus» pag. 225, germ. zahm.

Czart: hä czart «traxit» pag. 228, germ. er zerrte, g. m. ae. zarte.

Czebast: en czebast pag. 232, cf. germ. m. ae. ein zaeh bast.

Czege «capra» pag. 235, germ. med. ae. zige.

Czeyn: eyn czeyn «cuprum» pag. 232, germ. m. ae. zein «virga», sive zin «stannum».

Czême: ich czême «domo» pag. 221, germ. ich zähme.

Czene «dentes» pag. 132, germ. Zähne.

Czuget: is czuget «trahit» pag. 229, germ. es zieht, cf. verbum germ. m. ae. inde derivatum intransitivum: zogen.

Ciber, cf. germ. m. ae. ziber «popa» (Opferthier) Mittelhochd. Wtb. 3, 873.

Cleybe: ich cleybe «adhaereo» pag. 220, germ. m. ae. kleibe.

Čolle: ey̆ čolle (? eine Scholle, respondens glossa cum. seng 1. lapis 2. glarea) pag. 139, germ. m. ae. zol, zolle «frustum».

Cristalle «crystallus» pag. 227.

Crum «curvus» p. 140, germ. krumm.

Czuen «duo»: czuê fuse hîden unde phorn (germ. zween Füsze hinten u. vorn) «duo pedes anteriores et duo posteriores», — czuenetic «gemelli» pag. 221, cf. germ. m. ae. zwinelinc, — czuen tak? tzuen t. (germ. zween Tage) «duo dies» pag. 232.

Czue walde «papilio» (vid. respondentem glossam cum. kobelek) pag. 222, cf. germ. m. ae. zwêvalter, vîvalter, falter.

Czuyt: ha czuyt «trahit», in hac dictione: ha czuyt wo(l)uwsgerich(...) p. 231, germ. ant. ziuht.

Czurukke «retro» p. 139, germ zurück.

Czu swollem, vid. sub v. swollen.

Czu vlous «deliquit» pag. 139, in hodierna lingua germanica zerfloss, vid. respondentes glossas cumanicas sizdi, jridi.

Czuzamene «simul», «una» pag. 234, germ. m. ae. zesamene.

## D.

Dichke «spissus» (mendose scriptum pro dichte) pag. 139.

Dikke pag. 231, germ. m. ae. dicke (adjectiv.) «spissus», (adverb.) «saepe».

Diole (i. e. die ole) «subula» pag. 226, germ. m. ae. âle, respondens glossa cum. biz, kaz. bez subulam significat.

Dod: des dodin bilde «statua defuncti», g. m. ae. des tôten bilde.

Döwen «digerere cibum» pag. 138, cf. germ. med. ae. döuwen.

Dree: ich dree «verto» pag. 138, germ. drehen, med. ae. draejen.

Dînge: ich dînge (dringe) «impello» pag. 138.

Drowe: ich drowe «minor» pag. 38, cf. germ. med. ae. drowen.

Drucke: ich drucke «premo» pag. 137, 138, germ. drücke.

Durch «per» pag. 233.

Durre riyzecht «ramalia» pag. 225 germ. dürres Reisicht.

## E.

Ebik «aeternus» in hodierna lingua germanica ewig pag. 234.

Egestern «nudius tertius» pag. 136, germ. med. ae. êgestern.

Eyn «unus», germ. ein.

Eyn trechtuk «lucrosus» pag. 229, cf. germ. einträchtig, m. ae. eintrehtec; hic sensu germanici: einträglich, vortheilhaft.

Elboge: d' elboge «cubitus» p. 139.

En i. q. eyn «unus».

Enge «angustus» pag. 139.

Enlich «similis» p. 226, germ. ähnlich.

Enplöse: ich enplöse, in perf. ich enplöste «nudo», «nudavi» p. 136, germ. entblösze.

Entwerre: ich entwerre «enodo» pag. 132.

Entworren «enodatum» ibid., germ. entwirren.

Erbeyter: en erbeyter (i. e. arbeiter) «operarius» pag. 234.

Erde «terra» in hac dictione: di erde sank under «terra submersit» pag. 138.

Ermel «manica» in hac dictione: hä hat di ermel uf geŝtchê (gestrichen) «manicas ad cubitum usque reduxit» pag. 225.

Eruyre: ich eruyre «murmuro» pag. 138.

## F.

Finede: ich finede pag. 223, cf. germ. m. ae. fînen, germ. fein machen, zieren; inde «finede» (praeteritum).

Flec: ey flec (i. e. ein flec) «assumentum» pag. 220, germ. Fleck.

Fuse «pedes» in hac dictione: strekke di fuse «exporrige pedes tuos» pag. 232, germ. strecke die Füsse.

Fuwst: dy fuwst «pugnus» p. 223, cf. germ. med. ae. fûst, g. Faust.

Futir: das futir «pannus subsutus» pag. 138, cf. germ. med. ae. fuoter.

## G.

Gancz «totum» in hac dictione wart gancz «totum erat» p. 137, g. ganz.

Gast: eȳ gast «hospes» pag. 225.

Gazeret «attraxit» in hac dictione: hä hat miyn phert gazeret «continuit mei equi habenas» pag. 232, cf. czart.

Gearbe(itet): ich habe gearbe(itet) «laboravi» pag. 227.

Gecleyt «vestitus» p. 140, g. gekleidet.

Geczêke: ein geczêke «rixa» pag. 229, germ. Gezänke.

Gegerwyt «effictum» (scil. corium) pag. 132, germ. gegerbt.

Gehallbir(et) «variegatus» (unum l supervacuo scriptum est) p. 137, germ. m. ae. gehalbieret «besonders von der Kleidung, die nach einer im XII. Jahrhundert aus Frankreich herüber gekommenen Mode zweifarbig getragen worden» LEXER Mittelhochd. Handw. 1, 1147.

Gehorche: ich gehorche «obedio«, in perf. ich gehorchte pag. 137.

Geil «hilaris» in hac dictione: du bist geil worden «exhilaratus es» pag. 221, germ. m. ae. geil.

Gelâ . . , in hac dictione: ich habe mich gelâ . . (? gelabet), «delectatus sum» pag. 225, vid. respondentem glossam cum. suêdî.

Geli$^{c}$h «similis» pag. 233, germ. m. ae. gelîch.

Genâne (i. e. germ. m. ae. genanne) «cognominis» pag. 226.

Gerade «rectus» pag. 229.

Gerî i. e. gering «macer», «levis» in hac dictione: ich bî (=bin) gerî gewrden (geworden) pag. 228.

Geschorn «tonsus» pag. 132.

Gesprink: eyn gesprink «scaturigo» pag. 134, cf. germ. med. ae. sprinc.

Gestrift «virgatus» p. 137, germ. gestreift.

Getuuwe «textoria tabula» pag. 225, flandric. getouw.

Gewar «animadvertens» pag. 134.

Gevcze «oscito» pag. 136, cf. germ. m. ae. gëwen, giwen (gähnen), cf. bavaricum gauzen «latrare» Schmeller bair. Wörterb. 1$^{2}$, 967.

Gewurfen: gewurfen czege «capra novella» pag. 235.

Geczu(rn) «iracundia» pag. 225, germ. Jähzorn.

Gibis: ey gibis «ordo dentium» pag. 221, germ. Gebiss.

Gihoft «glebosus» in hac dictione: en gihoft grap «sepulcrum», proprie «tumulus» pag. 222, germ. ein gehäuft (m. ae. gehûfet, gehoufet) Grab.

Gineszin «sanatus» pag. 140, germ. genesen.

Girähtikeyt: mit girähtikeyt «cum justitia» pag. 230, germ. Gerechtigkeit.

Gyrûpelt fortasse i. q. ger. gerumpelt pag. 225 (r. glossa cum. čurusipdir, quod ad etymon čur, cum hung. csör-ög convenit).

Gisladenne, cf. paulo infra eyn golädeme (cum. čov, čovlamnang)? pag. 137.

Git apud Plinium 20, 17, 71 plantam melanthium, germ. schwarzkümmel denotat; sed et in vocabulariis germanicis occurrit significatione oryzae (Reis), vide Korrespondenzbl. des Vereines für siebenb. Landeskunde 1878, p. 81 s.

Gitrant: uf gitrant «dissutus», germ. auf getrennt pag. 221.

Gleich «similis».

Gliyh: mer gliyh «mihi similis» pag. 142, germ. mir gleich.

Glûch «fortuna» p. 137, germ. Glück.

Glut: is glut «ardet» pag. 227, germ. es glüht.

Gobule: is g$^{o}$bule pag. 224 (respondens glossa cuman. čuh čulärmê).

Golädeme: eyn golädeme p. 137.

Goh czornik «iracundus» pag. 225, — goch czornik ibid., germ. jähzornig.

Goh czorinle «iracundia», germ. jähzornig, m. ae. gâchzornec.

Got «Deus» in hac dictione: das î gebe got nich «Dii meliora!» pag. 139, germ. m. ae. das en gebe g. n.

Grabe «fodio» pag. 228.

Grabe: der grabe «fossa» pag. 222.

Grap: eyn grap «sepulcrum» p. 224.

Grave: eyn grave «fossa» pag. 136.

Grigik: eyn grigik man «lippus» pag. 228, cf. germ. m. ae. griekech lippus.

Grille «cicada» pag. 139, germ. Grille.

Grossir «major» p. 133, germ. grösser.

Grûcet i. e. gruncet «murmurat» pag. 134, cf. germ. grunzt.

Gurtel «cingulum», en bruch gurtel «caligae cingulum», germ. med. ae. bruochgürtel, germ. Hosengurt.

## H.

Ha (hä) i. q. he.

Half: he half in ertrîkê «juvavit in submergendo» pag. 220, er half ihn ertrinken.

Half: he half im wasser brêgê «juvavit in gerenda aqua» pag. 220, germ. er half ihm Wasser bringen.

Halfe: ich halfe gäbin «juvo donatione» pag. 232.

Hallet: is hallet «resonat» p. 232, germ. hallet.

Ham': d' ham': i. e. der Hammer «malleus» pag. 139.

Hantwerk «ars» pag. 135, en hantwerk pag. 233.

He «ille», cf. franc. et saxonicum her, he «ille».

Heisch «raucus» in hac dictione: he is heysch wrden «raucus evasit» pag. 223, cf. francon. heisch, germ. heiser.

Helle: ty helle «infernus» pag. 228, germ. m. ae. helle, germ. Hölle.

Henge: ich henge «suspendeo» pag. 139, germ. hänge.

Her: eyn her «exercitus» pag. 137, — des heres teyl p. 227, germ. Heer.

Hert: is hert sich pag. 231, cf. germ. m. ae. hern vastare vel hêren ornare.

Herte in hac dictione: hä herte wol pag. 231.

Hillet: is hillet «flammat», germ. m. ae. hëllen 1. sonare 2. flagrare, vide Lexer Mittelhochd. Wtb. 1, 1236.

Hoch «altus» pag. 139.

Hoybt: eyn hoybt «caput» p. 230, germ. ant. houbit.

Hoypt «caput» in hac dictione: das hoypt gîc (ginc) in ûme «vertigine correptus est» pag. 224, germ das Haupt ging ihm um, drehte sich.

Hoys rekke «locusta» pag. 136, sine dubio germ. m. ae. höuschrëcke: Heuschrecke i. e. locusta, cicada.

Hof in hac dictione: he wil êy hof haldê «curiam vult possidere» p. 229.

Hol «cavus» pag. 133, germ. med. ae. hol.

Holz «lignum» in hisce dictionibus: en gancz holcz «integrum lignum» pag. 231, en gespaldê(n) holcz «fissum lignum», «caudex fissilis» ibid., das holz is gelogen fortasse i. q. germ. med. ae. das holz ist gebogen «lignum curvatum est» p. 140.

Huffe hauz pag. 229, cf. germ. med. aevi huffehalz: hüftenlahm, respond. tamen glossa cum. oppidum significare videtur. Ceterum cum. beči

el et cum pers. pêčan «contortus» comparari potest.

Hunt in hac dictione: der hunt bal ich warrt is gewar «canis latravit, equidem auscultavi» pag. 134, der Hund bellte, ich ward es gewahr.

Hus «domus» germ. m. ae. hûs.

Huste «tussis» pag. 138, germ. med. ae. huoste.

Huste: ich huste «tussio» pag. 136.

Huv vid. sub v. tode.

Huwte: enhuwte i. e. en huwte pag. 234, fortasse germ. ein hûte, m. ae. huote «tutela». Resp. glossa cum. keben fortasse tegillum significat, cf. etiam germ. Hütte.

Huwfe: en huwfe germ. med. ae. hûfe: Haufe.

## I.

Y «magis ac magis» pag. 133, germ. med. ae. ie, in hodierna lingua german. je, cf. ie.

Iage «venor», in perf. iaite pag. 137, germ. jage.

Ich «ego».

Ie «semper», vide *y*, germ. med. ae. ie.

Iener, Iienä «ille», «illa» pag. 138.

Iyle: ich iyle «festino», — perf. ich iylte, — pr. neg. ich iyle nicht, imp. prohib. nicht iyle pag. 137, cf. germ. med. ae. île.

Iyn tuyche: ich iyn tuyche «immergo» pag. 229, germ. eintauchen.

Iller in hac dictione: das iller underste «infimus» pag. 137, germ. allerunterste.

Inspannê «jugare» pag. 220, germ. einspannen.

Intwerfen pag. 228, germ. m. ae. entwërfen, germ. auseinander werfen.

Intwische: ich intwische «aufugio» pag. 226, germ. entwische.

Invurte «abstuli» pag. 227.

Irrschracke: ich irrschracke «perterreor», ich erschrak «perterritus sum», — ich irschrecke dich «te perterreo», — ich erschrekte yn «eum perterrui» pag. 132.

Is i. q. germ. es, e. g. es wirt hy lenḡ pag. 135.

Iuct in hac dictione: hī iuct iē mich «puritum sentio» pag. 136, german. jucken.

## K.*

Kayn mendose scriptum pro kin pag. 222.

Kal «calvus» pag. 234, germ. kahl.

Kalder: das kalder loco die kelder «calcatorium», germ. med. ae. kelter, quod ex latino «calcatura» depromptum est, pag. 220.

Karre: där karre «vehiculum», — där kare sluk nedir «vehiculum subversum est» pag. 232, germ. der Karren schlug nieder, fiel um.

Kem: ich kem iym p. 231, germ. kämme?

Kerbe: ich kerbe «incido» pag. 233.

Kern «granum» pag. 235.

Kin «mentum» pag. 222, germ. das Kinn.

* *Cleybe, cristalle, crum* vide sub *c*.

Knaoe: ich knaoe «depso», perf. ich knat pag. 136, germ. kneten.

Kniype: ich kniype «vellico» pag. 220, germ. ich kneipe s. ich kneife.

Knospe: en knospe «gemma», «bacca» pag. 222.

Knöte: ich knöte «nodo», perf. ich knötte pag. 136, germ. knoten.

Knuppe: ich knuppe «nodo», perf. ich knuppte pag. 136, germ. knüpfen.

Kopicze: enkopicze i. e. en kopicze pag. 234, cf. germ. med. ae. koppizen, «eructare».

Koufslage: ich koufslage «data manu confirmo emtionem» pag. 133, med. ae. koufslagen.

Kreisch «clamavit» p. 136, g. kreischte.

Kremer: en kremer «mercator» pag. 235, germ. Krämer.

Krinpis, respondens glossa cum. desideratur pag. 232, cf. sequens vacab.

Krîpet: is krîpet sich «convolvitur», «contrahitur» pag. 221, germ. med. ae. krimpfen.

Krû? = krume pag. 224, vid. sub v. arkrinn glich et p. 223.

Krum «curvus» germ. krumm.

Kruwsp «ornamentum vestis», cf. cum. elpek pag. 224, cf. germ. med. ae. krûsp crispus.

Kuylecht «rota» pag. 223, germ. m. ae. kiulecht.

Kule «frigidus» pag. 139, germ. kühl.

Kurczet «abbreviat» pag. 222, kürzt.

Kuwle «globus» pag. 222, franc. kûle.

## L.

Lade: di lade «cista», «feretrum» pag. 222, germ. Lade.

Ladir «corium», eyn gegerwit ladir «effictum c.» pag. 132, germ. m. ae. lëder.

Lampuel: eyn lampuel «pellis agnina» pag. 132, germ. med. ae. lamphël, lampvel: Lammfell.

Lecke: ich lecke «lingo» pag. 138.

Ledige: ich ledige «libero» p. 226.

Lege: ich lege «jaceo» in hac dict.: ich lege uf dem rucke «supinus sum» pag. 134, germ. liege.

Leyik: eyn leyik pag. 231.

Leyter: en leyter «scala» pag. 233.

Leytzeyl: eyn leytzeyl «funis ductorius» pag. 229, germ. Leitseil.

Liyt «jacet» in hac dictione: he liyt hiczêde «jacet vexatus ardore febrili» pag. 230, he lît hitzende.

Lîker: eyn lîker pag. 226, Linker.

Lipkozit «blanditur» pag. 231, germ. liebkost.

Lispt «susurrat», h. l. «balbus» pag. 230, germ. lispelt.

Logê i. e. logen in hisce dictionibus: ŝ logê mit dê vuse zu samne «conjunctis pedibus jacuerunt», w' logen bi eyn andir «concubuimus» pag. 134, wir lagen bei einander.

Loypher: der loypher «cursor» pag. 222, germ. m. ae. loufaere.

Lutir «purus» pag. 140, lûter.

## M.

Mache: ich mache «facio», «fabrico» in hac dictione: ich mache karrê «esseda fabrico» pag. 223.

Macht: di macht «potentia» pag. 221

Mager «macer» pag. 139.

Mane: der mane «juba» pag. 227, germ. med. ae. mâne.

Marot: des marotes teyl pag. 228, cf. germ. m. ae. merôt: coena, panis cum vino.

Melde: ich melde «annuncio» p. 137.

Mensche: d' mensche «homo» pag. 134, germ. med. ae. mensche.

Mer «mihi» in hisce dictionibus: mer ist czu suer «praemodum mihi res ardua est» pag. 227, — mer vuvllet ibid., mer pro mir est francon. (mitteldeutsch).

Mer «plus», «potior» in hac dictione: her ist mer mer.. wurdê pag. 229, germ. med. ae. mêr.

Merder: en merder (i. e. marder) «feles» pag. 235, germ. Marder.

Messier «culter» in hac dictione: eyn scharf messier «culter acutus» pag. 132, germ. med. ae. mezzer.

Miynes selb' (i. e. selber «mei ipsius») pag. 233.

Miste «erravi» pag. 134, germ. m. ae. missen «errare».

Mitelink: enmitelink i. e. ên mîtelink «mercenarius» pag. 234, germ. m. ae. mietelinc, in vocabulario de anno 1420 edidit SCHRÖER (Pressburg 1859): «mercenarius mittelink».

Mosê (mosen): in der mosê «eo modo» pag. 220, g. m. ae. mâze.

Muchczet: js muchczet «mucescit» pag. 225, germ. m. ae. muchzen «mugire», sed in vocabulario de anno 1420 (ed. SCHRÖER Pressburg 1859): muscidus (= mucidus): muchczinde, cf. müchzen: nach Schimmel riechen SCHMELLER-FROMMANN I, 1562, mucidus: müchscende DIEFENBACH mittellatein. hochd. böhm. Wtb. S. 185.

Mude in hac dictione: ich bin mude wrden «defatigatus sum» pag. 221, germ. ich bin müde worden.

Munt: den munt rorn pag. 138.

Murmere: ich murmere «murmuro» pag. 136, germ. ant. murmurôn et murmulôn.

Muwer: di muwer «paries» pag. 222, germ. Mauer, m. ae. mûre, francon. mûer.

## N.

Nacht: die nacht «nox».

Nage: ich nage «rodo» pag. 139.

Nakke: der nakke «collum» pag. 136, germ. med. ae. nacke.

Nakt «nudus» pag. 140. Nakt obur v̂ (von) gurtel «nudus supra cingulum» pag. 225.

Nas «humidus» pag. 140, germ. nasz.

Naschet «catillat» pag. 228.

Ne in hac dictione: ich ne mit ziyde «suo cum filo serico» pag. 223, germ. nähen, m. ae. naejen.

Nedir «brevis», «inferus» pag. 139, — «deorsum», germ. nieder.

Niose «salveto» pag. 221, cf. g. m. ae. niusen probare Lexer 3, 91 et nern: genësen, cf. etiam niezen: genieszen.

Nizte: ich nizte «sternutavi» pag. 136, germ. m. ae. niesen.

Nöte: ich nöte «cogo» pag. 228, germ. m. ae. noeten.

## O.

Obirschiyte i. e. obirschriyte «transgredior» pag. 222, germ. überschreite.

Obur, germ. über.

Odim «vapor», germ. Odem = Athem.

Odir «vena» in hac dictione: dy odir net «sectio venae» pag. 139, germ. Ader.

Ole: diole i. e. di ole, germ. m. ae âle «subula», vide paulo supra diole.

Öberige: ich öberige «supersum» pag. 229, germ. überig «superstes».

Öberik pag. 224. Respondens glossa cum. elpek ornamentum quoddam collari assutum significat.

## P. Ph.

Ēphanne i. e. eine phanne «sartago», «frixorium» pag. 234, germ. Pfanne.

Parkū «locus circumclausus», vulgo «parcus» pag. 232, parkun pag. 234, in latinitate m. ae. parcus dicitur hortus circumclusus, ant. germ. pfarrich, nunc Pferch, anglic. park, francogallic. parc.

Pelz «vestis pellicea» in hac dictione: en obêr (i. e. über) czogê pelz in hodierna lingua germanica: ein ueberzogener Pelz pag. 232.

Phert «equus» in hac dictione: di phert di wyerten «equi hinniverunt» pag. 134, germ. die Pferde, die wieherten.

Plince: ich plince «nictor» perf. ich plinczte pag. 134, germ. m. ae. blinzen.

Plodirt: is plodirt «strepit» p. 230, germ. med. ae. blôdern.

Plostere: ich plostere «flo», «sufflo», «fremo», perf. ich plostirte «fremui» pag. 133, 135, g. med. ae. blâstern.

Phluck: ich phluck loco phlücke «carpo» pag. 224.

Potwar «tricae», «calumnia», «discordia» p. 233, cf. germ. med. ae. botwar: calumnia et ant. slavicum potvorъ, hung. patvar.*

Puvke: dy puvke genus quoddam tympani pag. 223, germ. med. ae. pûke.

## R.

Reyic: en reyic loco reyge «chorea» pag. 233, germ. Reigen.

Reynlich «purus» in hac dictione: en reynlich m̂ (=mann) «homo purus» pag. 230.

Reyzse: ich reyzse mich «me irrito» pag. 136, germ. reize.

Rey(.)zi: ich rey(.)zi «irrito» pag. 224, cum. järsitirmen.

Ret loco redet in hisce dictionibus: hä re(t) di čûge (i. e. zunge) gerade «sincere loquitur» pag. 229, heret (i. e. he ret) czornlich nicht gutlich «iracunde loquitur et non benigne» pag. 226.

Richte: ich richte «judico» p. 138.

Riyf «pruina» pag. 234, germ. med. ae. rîfe.

Riyse: ich riyse «peregrinor» pag. 228, vid. cum. silarmê, germ. reisen.

Rimê (i. e. rimen) «corriga» pag. 226, cf. g. m. ae. rieme.

Ris «juncus» p. 135, germ. der Risch = Sumpfbinse.

* Vid. FRANC. MIKLOSICH «Die slavischen Elemente im Magyarischen» (Viennae, 1871) pag. 48.

Roge: dy roge «ova piscis» pag. 222, germ. der Rogen.

Rorn? rôren (= rüern) francon. «movere»?

Rozt: hä rozt «putret» pag. 231, germ. es rostet.

Rostirte: ich rostirte «sputum edidi», «extussivi» pag. 136, germ. räuspern, m. ae. riustern.

Röypczte: ich röypczte «ructatus sum» pag. 136, germ. med. ae. roffzen, germ. ant. roffazzan.

Ruder: eyn ruder «remus» p. 135.

Rudere: ich rudere «remigo», perfectum ich rudirte «remigavi» pag. 135.

Rus «fuligo», germ. Russ, m. ae. ruoz.

## S. Sc. Sch.*

Santkorn: eyn santkorn «granum pulveris» pag. 135.

Scâppin «objurgare verbis» pag. 10, franc. schamp et schempin, flandr. schimpen, germ. schimpfen.

Sceufel «pala», «ama» pag. 139, germ. Schaufel, m. ae. schûvel.

Scmui(?) fortasse schouwete, vid. respondentem glossam cum. karadim pag. 135.

Schade «damnum» pag. 234.

Schädel: eyn schädel «cranium» pag. 230.

Schafuel i. e. schaf-vel «pellis ovina» pag. 132.

Scharf «acutus» pag. 133.

Schate «umbra» pag. 137.

Scheide: eyn scheide (i. e. eine Scheide) «vagina» pag. 138.

Scheyde: ich scheyde «decortico» pag. 136, cf. germ. m. ae. scheide.

Schelle: en schelle (i. e. eine schelle) «campanula» pag. 234.

Schemelik «ignominiosus» in hac dictione: (i)s ist schemelik «ignominiosum est» p. 229, germ. schämenswert, m. ae. schemelîch.

Scheppe: ich scheppe «haurio» pag. 227, germ. schöpfe, saxon. scheppe.

Schif «navis» in hac dictione: das schif lget czu ru (= das Schiff liegt zu Ruh) «navis anchora submissa constitit», «n. ad terram applicata est» pag. 223.

Schilet «luscus est» pag. 224, germ. schielend, m. ae. schilhende.

Schimpe: im schimpe «joco» pag. 138, germ. m. ae. schimpf, francon. schimp «jocus.»

Schyt: is schyt (loco schytet) sich «se excutit» pag. 130, franc. schutten, germ. schütten.

Schone: ich schone «parco», perf. ich schonte, imp. schone pag. 132.

Schor: ey schor «rutabulum» pag. 139, cf. vocabul. de anno 1420 ed. Schröer (1859): emunctorium: schorisen i. e. Schüreisen.

Schöre: ich schöre in hac dictione: ich schöre das vu$^{y}$ir «ignem struo», perf. ich schorte pag. 132, germ. m. ae. schuren, nunc schüren.

Schreckinv (? de) «tripudians» pag.

* In codice, flandrico modo, saepe loco *s* : *z* scribitur, vide *z*.

29, franc. schrëckin «salire», «tripudiare».

Schupê i. e. schupen «furfures», «porrigines» in hac dictione: schupê ofim hoypte i. e. schupen uf dem hoypte pag. 220, germ. Schuppen auf dem Haupte.

Seyl: eyn lanc (i. e. lang) seyl funis quidam pag. 136.

Sete: eyn sete «mos» pag. 135, franc. der sete, germ. die Sitte, m. ae. der site.

Sicchte «vadosus» pag. 139, germ. seicht, m. ae. sîchte.

Sye: ich sye «percolo», perf. ich sey pag. 17, germ. med. ae. sîhen «percolare», perf. sêch, nunc: seihen.

Sin «mens» in hac dictione: is $^{w}$oz mer îdensin (i. e. germ. m. ae. ez war mir in dem sin) «recordor» pag. 227.

Sleft «dormit» in hac dictione: sleft he adir vacht he «numquid dormit, an vigilat?» pag. 139, germ. er schläft, m. ae. er slaefet.

Slinden «glutire» pag. 227, germ. m. ae. slinden.

Slofendi «dormiens» pag. 139, g. m. ae. Slâfende.

Slowolle: ich slowole (i. e. slo wole) «lanam pulso» pag. 223, germ. schlage wolle.

Sluc in hac dictione: ich sluk unde miste «ferivi, sed deerravi» p. 134, =ich schlug und fehlte.

Sluk «voratio» s. «voravit» pag. 235, cf. g. m. ae. sluk, germ. Schluck.

Sluysär: der sluysär pag. 230 (respondens glossa cum. kasnači thesaurarium significat), germ. der Schliesser, flandr. sluiter.

Smak «gustus» pag. 135, germ. m. ae. smac.

Smal «angustus» pag. 139, germ. m. ae. smal.

Smiyse: ich smiyse «abjecto» pag. 224, germ. m. ae. smîze.

Smoče: eyn smoče? pag. 132 (resp. glossa cum. cachna «sculptum» significare videtur), cf. germ. schmutz, m. ae. smozen, sed cf. etiam smuken et smogen et inferius: snitze.

Snarke: ich snarke «sterto», perf. ich snarkte pag. 134, germ. m. ae. snarchen.

Snarkit «stertit» ibid.

Snatert: ha snatert «strepit anserum more» pag. 231.

Snelle: ich snelle «strepito» pag. 225.

Snicze: ich snicze «sculpo» p. 226.

Snuycze: ich snuycze «emungo» pag. 136, germ. med. ae. sniuzen.

Snuppe: di snuppe «mucus» pag. 138, franc. snuppe, ita in vocab. de anno 1420 ed. Schröer (1859).

Sozt: ha sozt «statuit», g. med. ae. sâzet.

Spalte: is spalte sich (i. e. spaltet) «finditur» pag. 137.

Span in hac dictione: ich span pherde «equos instruo» pag. 223.

Spange: eyn̄ spange vō bliye «cingula« s. «fibula plumbea» p. 138.

Spine: di spine «aranea» pag. 139.

Spiver «ejectamentum» in hac dictione: dy spiver get uf bitter «ejectamentum se solvit amarum» pag. 225, cf. germ. speien, m. ae. spîwen, inde diu spîwe.

Spor «calcar» pag. 133, germ. med. ae. spor.

Sprv: ich sprv «spargo» pag. 221, cf. germ. m. ae. spraejen, spraewen «spargere».

Spruy «palea» pag. 234, germ. Spreu, m. ae. spriu, franc. sprû.

Stif vat': der stif vat' (i. e. vater) «vitricus» pag. 142.

Stille: ich stille «quiescere facio» pag. 224.

Stochere: ich stochere in hac dictione: ich stochere di czene «frendo» pag. 132, saxon. stokkere.

Stol «sedile» pag. 223, germ. Stul.

Streychelt «laevigat» pag. 221, germ. streichelt.

Strekke «extende» in hac dictione: strekke di fuse pag. 232, strecke die Füsse.

Strom: der strom «flumen» pag. 222, germ. Strom.

Stûp «obtusus» pag. 137, stump pag. 233, germ. stumpf.

Svollem: czu swollem «tumidus» pag. 140, germ. geschwollen.

## T.

Taage mendose pro tage «dies» p. 138.

Tak idem in hac dictione: tzuen tak noch inandir pag. 232, = zwên tac nâch einander.

Tänir: där tänir «palma» (hungarice tenyér) pag. 223, cf. germ. m. ae. tëner.

Taste: ich taste «palpo» pag. 135. Respondens glossa cum. carmadim = «iter praetentavi».

Theve: eyn theve «canis femina» pag. 224, germ. ant. zoha, sax. teve, flandr. teef. Originem Germani scriptoris testatur, qui dialectum franconicam (mitteldeutsch), non saxonicam (niederdeutsch) nec flandricam (niederländisch) locutus est et tamen forma flandricosaxonica hujus vocis utitur, quae in regione intra Bonam (Bonn) et Aquisgranum (ubi franconica dialectus dominatur et Saxones Transsilvaniae partim oriuntur) similiter forma teff, tief usitata est.

Tiber: eyn tiber fortasse «obscuritas», cf. germ. m. ae. timber obscuritas.

Tick mendose pro tief scriptum pag. 139.

Tief «profundus».

Tode «mortuus» in his dictionibus: des toden hus «sepulcrum». — des toden huv «tumulus», — des todin bilde «statua sepulcralis» pag. 222.

Tomerelle pag. 224 (respondens glossa cum. čuuliydir), cf. germ. med. ae. tumbrel et tumerel, in latinitate med. aevi: tumbrellum, francog. tombreau.

Towp germ. taub.

Trachte: ich trachte «contendo» pag. 232.

Trechtuk: eyn trechtuk pag. 229 (cum. kirigib), vide sub eyn trechtuk.

Trege «piger» pag. 135, germ. träge.

Treyp: treyp czuzamene «compulit» pag. 234, = trieb zusammen.

Trêke (i. e. trenke): ich trêke «poto» pag. 223, tränke.

Truyre: ich truyre «deplango», traure.

Tuyche: ich iyn tuyche «intingo» ich ein tauche pag. 229.

Tuyschet «decipit» pag. 224, täuschet.

Turm: eyn turm «turris» pag. 136.

Tzwirn «filum tortum» pag. 132, germ. Zwirn.

## U.

Uf «super», «supra», germ. m. ae. ûf.

Uf gebrah(t) «irritatus», aufgebracht.

Uf gepralt «assultum» pag. 227, conf. germ. med. ae. prellen, gepralt, germ. geprellt.

Uf gitrant «dissutus» pag. 221, aufgetrennt.

Underste «imus» (das iller — sic! — underste), germ. das allerunterste.

U'gebrant i. e. ungebrant «quod incrematum non est» pag. 227.

Ungeslahte «rudis» in hac dictione: eyn ungeslahte man «homo rudis» p. 228, germ. ungeschlacht.

Ungestume «importunus» pag. 196, ungestüme.

Ungewittir: êy ungewittir «tempestas» p. 139, germ. Ungewitter.

U'gilvkke: êy ûgilvkke (ein urgilukke) pag. 223. Respondens glossa cum. čiyrû «campana», germ. glocke, cf. m. ae. ûrglocke, germ. Uhrglocke «horologium.»

U'givelle: êy ûgivelle i. e. ein ungivelle «via caesis lignis impedita» ibid., germ. m. ae. daz ungevelle.

Unl̂es (? g. m.. ae. unerlâzen) «necessario», vid. resp. glossam cum. alpant (mend. pro البت scriptum) pag. 226.

Uvrge: ich uvrge pag. 228 (respondens glossa cum. huvarmen «pallesco»), cf. germ. ich vergeh (Uvrge lege: vurgê) «evanesco».

## V.

Vachynde «vigilans» pag. 139, wachend.

Vädirkeil «caules pennarum» pag. 136, Federkiel.

Valde: ich valde «plico» pag. 230, falte.

Valwit «marcet» pag. 37, cf. germ. m. ae. valewen.

Varbe «color» pag. 18, cf. germ. m. ae. varwe.

Velle: ich velle «facio cadere», perf. vellete pag. 18, cf. germ. med. ae. vellen.

Vette: ich vette «contendo» p. 136, wette.

Velz: eyn velz «rupes» pag. 136, Fels.

Verlorn: ich bin verlorn «perii».

V'miste (i. e. vermiste): ich v'miste «aberravi» pag. 235, vermisste, fehlte.

Vil: ich vil «cecidi», he vil «cecidit» pag. 134, fiel.

Vilcz bette: ein vilcz bette «lectus lana coacta factus» pag. 138, Filzbette.

Vingerhut: êy vingerhut «digitale» pag. 139.

V̂ister i. e. vinster «tenebrosus» in hac dictione v̂ister antl̂ (i. e. antlitz) «vultus severus» pag. 228.

Virdrossîheit «morositas» pag. 225, Verdrossenheit.

Virgeslilch mendose pro virgeslich «obliviosus» pag. 139, vergesslich.

Virnunft «intellectus» pag. 140, Vernunft.

Vir smete: is vir smete (sic!) «liquescit» pag. 229, fortasse legendum vir smelzt loco versmilzet.

Viruluhte (i. e. virvluhte) «execravit» pag. 135, verfluchte.

Virworren «intricatus est» pag. 132, verworren.

Vischgarn: das vischgarn «rete» pag. 138, — en vischgarn pag. 221, Fischgarn.

Vytur: das vytur «rumis» pag. 230, cf. germ. med. ae. ûter et iuter.

Vlam: ẽy vlam «flamma» pag. 139.

Vleys «caro» in hac dictione: en ziyte vleys «caro tenella» p. 233, Fleisch.

Vl'ce: ich vl'ce, germ. verletze?

Vlischin: en vlischin «unguibus feritum» pag. 230.

Vóhte(n) in hac dictione: ich habe gevóhte(n) «pugnavi» pag. 227, gefochten.

Volbrengûge (i. e. volbrengunge) «perfectio» pag. 47, Vollbringung.

Vonartic «inurbanus» pag. 137, unartig.

Vorlorn: ich hab vorlorn «perdidi» pag. 230 (forma verbi franconica pro verloren).

Vruyst: mich vruyst «frigeo» pag. 234, germ. med. ae. mich vriuset, nunc: friert.

Vsdrikke (sic!) «exprimo» pag. 223, cf. germ. m. ae. ûzdringen et ûzdrücken.

Vuge: ich vuge «connecto» in hac dictione: ich vuge das holz «fabricor ligna» pag. 140, füge.

Vu'ir «ignis» pag. 132, Feuer.

Vûke: ẽy vûke (i. e. ein Funke) «scintilla» pag. 139.

Vurc(ht): durch vurc(ht) «per timorem» pag. 233, Furcht.

Vuvllet: mer vuvllet.

## W.

Wagat: is wagat «confluctuatur» p. 230, germ. med. ae. wagen «vacillare», bewegen.

Wâhinde «vigilans» in hac dictione: en wâhinde man «vigil» pag. 234, wachende.

Wât (i. e. want) «quum» in hac dictione: wât istu das .... (hodie: wann issest du das....?) «quando edis ....?» pag. 232, cf. germ. m. ae. wante «quando».

Wärfe: ich wärfe «jaceo» pag. 227, werfe.

Warm «calidus» pag. 139.

Wart «fuit» pag. 137 et passim.

Wassir «aqua» pag. 140, Wasser.

Wedele: ich wedele «flabello refrigero» pag. 222, 230, germ. med. ae. wedele.

Wederspeñik fortasse «pertinax», cf. g. m. ae. widerspennik pag. 227.

Weyde: ich weyde «pascor» p. 231, weide.

Weychsyn: ich weychsyn (forma corrupta) «commuto» pag. 221, germ. med. ae. wehsele.

Weniczût (i. e. wenic zunt) «peccatum haud ita multum», «culpa levis» pag. 221, wenig Sünde.

Werdyr: eyn werdir «insula» pag. 138, — eyn gros werdir «insula magna» pag. 139 (haec glossa in dialecto tantum franconica occurrit).

Wi andirs, germ. wie anders.

Wyerten «hinniverunt» pag. 134, wieherten.

Wiylche: ich wiylche «marcesco» pag. 225, germ. ant. wilchen.

Wilde «ferus» pag. 225.

Winde: ich winde «torqueo» in hac dictione: ich winde tzwirn «filum

glomero» pag. 132, perf. ich want ibid., inf. windin ibid.

Widel: ich widel (i. e. ich windel) «involvo» pag. 226.

Wirke: ich wirke «texo» pag. 223, wirkit «texit» pag. 234.

Wirirte (sic !) «erravit» pag. 222, verirrte.

Wirt «erit» in hac dictione: is wirt y lengir y grossir «magis ac magis longus et magnus evadit» p. 133.

Wit «amplus» pag. 139, weit.

Wo «ubi» in hac dictione: wo mak (. . .) pag. 224, cum. kayda egen.

Wule: ich wule «excavo», h. l. «excutio» pag. 231, germ. med. ae. wüele.

Des wundes teyl pag. 228.

Wurst: eyn wurst «farcimen» pag. 134 (resp. glossa cum. sohta a verbo سوقماق «farcire» formata est. Ceterum سوقتا in lingua čag. etiam «chartae folia lusoria» significat).

## Z.*

Zamenûge «collectio» pag. 220, samenunge: Sammlung.

Zeczt zich wedir pag. 230, setzt sich wieder.

Zêg: ich zêg (i. e. zenge) «torreo» pag. 224, germ. sengen.

Zelgiret «testamentum» pag. 221, germ. med. ae. sêlgeraete.

Zêste ex ze ernste contractum «serio» pag. 138, vid. i. q. praecedit im schimpe, cf. ze erneste und ze schimphe et in ernest ode in schimph in vocab. germ. med. ae. Tom. I, pag. 477 (resp. glossa cum. čuči sonat).

Zi pl. pronominis 3. pers., in hac dictione occurrit: zi komê (i. e. komen) mit gidrâgi (i. e. gidrangi) «tumultuose adveniunt» pag. 221, sie kommen mit Gedränge.

Ziyget: is ziyget «stillat» pag. 230, cf. germ. med. ae. sîgen.

Zirpt, cf. g. m. ae. sërwen «evanescere».

Zu praepositio «dis», cf. franc. zu loco zer.

Zu vellet «dilabitur» p. 221, zerfällt.

Zucher «praedo», germ. m. ae. zukcher, zücker «latro».

Zucht: di zucht «consvetudo» pag. 220 (quod ad respondentem glossam cum., cf. altaicum iang «consvetudo»), cf. germ. Zucht, flandr. tucht: mos.

Zuñe: dy zuñe «sol» in hac dictione: dy zuñe gîc (gink) czu raste «sol ad occasum declinavit» pag. 224, die Sonne ging zu Raste.

Zurucke «retro» pag. 134.

* Vide etiam sub *cz*.

Mediae et postremae Latinitatis vocabularium, quo eae continentur voces, quae apud DUCANGIUM et DIEFENBACHIUM aut non aut aliter descriptae extant aut alio sensu usurpantur.*

Abscôsalia i. e. absconsalia p. 7.

Blasmû pag. 10, apud DVCANGIUM «blasma».

Cognosimentum ibid., ital. «conoscimento».

Camino, caminaui, camina pag. 16, apud DUC. «caminus», «caminum» i. e. «via», — «caminarius» = «viator», «mercator», ital. «camminare», «cammino».

Custura pag. 17, apud DIEF. «consutura», ital. «costura», vid. infra chostura.

Despliceo, displicuj, displacimentum pag. 21, apud DUC. «displacentia», et apud DIEF. «displicere», «displacere», ital. «spiacere» (dispiacere).

Denpingo pag. 21, cf. apud DIEF. «depingere».

Dispolio, dispoliaui, dispolia pag. 22, cf. apud DUC. «despoliare», sed «dispolium», pl. «dispolia».

Estinsi in perf pag. 24, ital. «estínsi».

Esio «exeo» ibid.

Espedicio pag. 25, cf. apud DUC. «espeditamentum».

Espendo, — espensa ibid., cf. apud DIEF. «expendere», «expensa», ital. «spendere», «spesa».

Ecusso, — ecusatio ibid., apud DUC. «excussare».

Pag. 169, nota 10 adde : Ceterum abbreviatura *mẽ* et «Messiam» significare potest, quod si ita esset, et abbreviatura praecedens loco idoneo extaret, — nota 14 adde : *C̄stusnirg sagittin* etiam meditationem de cruciatu Chrisit *(nedan c̄stus tösdi)* significare potest, quo casu sequentes formae verbi loco tertiae pers. num. sing. mendose in num. plurali primae personae positae essent.

Pag. 170, nota 11 pro langvidus lege : languidus.

Pag. 171, nota 7 adde : vel fortasse *tigenek taǵe*, *kayseni* «corona spinis conserta, quam» etc., quae interpretatio mihi alteri praeferenda esse videtur.

Pag. 173, lin. 2 pro *cän* lege : *sän*, — lin. 24 pro *titlermẽ* lege : *tilermẽ*.

Pag. 175, nota 4 pro distinguntur lege : distinguuntur.

Pag. 176, lin. 4 pro q lege : q̄.

Pag. 177, lin. 5 siglum 3 delendum est, — lin. 7 pro 2 lege : 3.

Pag. 182, nota 7 pro يناغ lege : ايناغ.

Pag. 183, lin. 9 in columna dext. *sin* (? = sen) fortasse in connexu cum sequentibus glossis *job sängänčä* legendum est.

Pag. 184, nota 2 pro aeterum lege : aeternum.

Pag. 185, nota 8 تورلانماق et sequentia vocabula hujus notae delenda sunt.

Pag. 186, nota 4 post «latinis» adde : ita e. g. in hymno *Fortunati* «de passione Domini».

Pag. 189, lin. 4 interpretationis latinae pro pmisit lege : p̣misit.

Pag. 197, nota 7 post ودر etc. delendum est.

Pag. 198, nota 3 pro ab lege : de, — in eadem nota post *Heiligenstein* adde : cf. etiam formam *gichöv* pag. 158.

Pag. 201, lin. 13 interpretationis latinae post «dei» (sic !), — post «fta» (sic ! pro factus) delenda sunt, tota igitur interpretatio hujus strophae sequens est : «Ave mysterium ejus totum quae scivisti, quae Dei in te facta opera narrare scivisti, Apostolis scire fecisti».

Pag. 203, lin. 2 strophae 3 pro *soyurgamnak* lege : *soyurgamak*.

Pag. 206, lin. 1. pro *bsin* lege : *b̄sin*.

Pag. 207, lin. 8 textus cum. pro *kuiias* lege : *kuias*.

Pag. 208, lin. 5 pro haec lege : hae.

Pag. 209, nota 6 pro sangvis lege : sanguis.

Pag. 210, lin. 2 interpretationis lat. post «redemptos» (sic !) delendum est, — nota 1 pro بوكان lege : بوكات.

Pag. 211. nota 5 pro توسن lege : توس.

Pag. 214, nota 6 pro deminutivum et demin. lege : diminutivum et dimin, — lin. 9 pro exstat lege : extat, — nota 7 pro sangvinem lege : sanguinem, — post «interpretantur» adde : Ceterum haec dictio etiam «sanguine tuo peccata nostra lavemus!» significare potest, vid. čag. يومان, — nota 11 pro langvor lege : languor.

Pag. 215, lin 6 pro *söunclädi* lege : *söunčlädi*.

Pag. 216, nota 14 post *sárga* comma delendum est, — nota 16 pro *kuyo* lege : *kuyov*. In fine hujus notae adde : Ceterum *kertek* etiam thalamum et *kuyov* sponsum significare potest, quo casu dictio *kertek ačmey esikini kuyov čikti* ad hunc modum vertenda esset «thalami portam sponsus ne aperiens quidem exivit», cf. sequentem psalmi versum : — — — לַשֶּׁמֶשׁ שָׂם־אֹהֶל בָּהֶם :
וְהוּא כְחָתָן יֹצֵא מֵחֻפָּתוֹ
(19, 5, 6), quo sol cum sponso comparatur.

Pag. 217, nota 1 post «*külmäk* etc.» adde : vel fortasse čag. يبيرلاماق, uigur. *jïrmak*.

Pag. 220, lin. 1 pro *inanmanganlar* lege : *inanmaganlar*, — nota 8 pro *Jiang* lege : *Jang*.

Pag. 223, lin. 11 columnae sinistrae pro *tämir* lege : *tänir*.

Pag. 225, nota 12 pro صغرة lege : صفرة, i. e. صفرا.

Pag. 226, nota 2 post «ut (l)u(min)osus» adde : vel quod mihi probabilius videtur «utendus».

Pag. 227, nota 12 pro designatum lege : designatam.

Pag. 230, nota 2 post «uber» loco puncti comma legendum est, — nota 6 pro *schuttem* lege : *schutten*, — nota 11 post «inconstans» adde : , hung. *szeleberdi*, *szeleburdi*.

Pag. 233, lin. 3 columnae ad dextram pro 44 lege 14, — nota 16 pro scriptua lege : scripta, — nota 17 pro caussa lege : causa, — nota 18 pro قوال lege : قال.

## EXCURSUS PRIMUS.

Pag. 237, lin. 26 pro RADLOFII lege: RADLOFFII.

Pag. 238, lin. 5 pro ; lege :

## EXCURSUS ALTER.

Pag. 240 juxta glossas a BUSBEQUIO allatas adde formas respondentes goticas vel ex aliis quoque dialectis germanicis, si congruens vox got. desideratur, quas doct. SCHROERUS illis comparavit :

| | |
|---|---|
| (Broc) | nord. *brauth* |
| (Plut) | got. *hlôth* |
| (Stul) | got. *stôls* |
| (Hus) | got. *hus* |
| (Wingart) | got. *weinagards* |
| (Reghen) | got. *rign* |
| (Bruder) | got. *brôthar* |
| (Schuuester) | got. *svistar* |
| (Alt) | got. *altheis* |
| (Wintch) | got. *vinds* |
| (Siluir) | got. *silubr* |
| (Goltz) | got. *gulth* |
| (Kor) | got. *kaurn* |
| (Salt) | got. *salt* |
| (Fisct) | got. *fisks* |
| (Hoef) | got. *haubith* |
| (Thurn) | got. *dauro* gen. *daurôns* |
| (Stern) | got. *stairno* |
| (Sune) | got. *sunno, sunna* |
| (Mine) | got. *mêna* |
| (Tag) | got. *dags* |
| (Oeghene) | got. *augona* |
| (Bars) | fortasse *bazds* |
| (Handa) | got. *handan* |
| (Boga) | desideratur in monum. linguae got. |
| (Miera) | flandr. *mier* |
| (Rinck s. Ringo) | desideratur in mon. l. g. |
| (Brunna) | got. *brunna* |
| (Waghen) | got. *vagn* ? |
| (Apel) | got. *apuls* ? |
| (Schieten) | got. *skiutan* ? |
| (Schlipen) | got. *slêpan* |
| (Kommen) | got. *giman* |
| (Singen) | got. *siggvan* |
| (Lachen) | got. *hlahjan* |
| (Eriten) | got. *grêtan* |
| (Geen) | got. *gaggan* |
| (Breen) | cf. got. *brannjan, brinnan* ? |
| (Schuualth) | cf. got. *svulta* — *vairtha* «morti propinquus», *sviltan* «mori». |

Pag. 241, lin. 29 pro BUSBECKII lege : BUSBEQUII.

Pag. 242, lin. 2 pro *vaír* lege : *vaírs*, — lin. 8 pro *gatilaba* lege : *gatilata*, — lin. 10 pro *mêki* lege : *mêkeis*, — lin. 11 post «supponit» adde : cf. etiam ant. fris. *lesta* «ultimus», — lin. ultima عرضت legendum est.

---

## VOCABULARIA.

Pag. 248 post *agbet* adde : mend. scriptum pro *albet*, cf. *alpant*, *elbeti* s. *elbette*.

Pag. 251 pro secundo *eygir* lege : *eygi*.

Pag. 252 post *eba* i. q. *oba* pag. pro 148 lege : 147.

Pag. 253 post *elat* «humor» pag. 110 adde : ar. خِلْطٌ.

Pag. 254 pro *ianandim* lege : *ianadim*, — pro *iappalarmen* lege : *iapparlarmen*.

Pag. 258 pro *ögunč* lege : *ögünč*, — post *özding* pro seccessisti lege : secessisti.

Pag. 259 sub glossa *udaa* pro *ütü* lege : *ütä*.

Pag. 262 post *kalip* «forma» pag. 99 adde : ar. قَالَبٌ.

Pag. 264 pro *kosoruluklarmen* lege : *kosuruklarmẽ*.

Pag. 268 pro *cd'i* lege : *cd̂i*.

Pag. 270 sub v. *chetan* pro *bgamasce* lege : *bgamesce*.

Pag. 272 pro *chuyeyu* lege : *chuyegu*, — pro *chuuradan* lege : *chunradan*.

Pag. 273 sub v. *ghač* pro جاج lege : خاج.

Pag. 274 sub v. *hawa* pro هَوَاء lege : هَوَاءٌ.

Pag. 276 sub *jipkirrimẽ* pro *körürmen* lege : *körümen* et pro *vuollet* lege : *vuvllet*.

Pag. 280 pro *yylmac* lege : *yylamac*.

Pag. 281, lin. 1 columnae sinis. pro *yki* lege : *ykti* et pro 48 lege : 84.

Pag. 282 pro *čeryii* lege : *čeryi*.

Pag. 284 post *taul* pro tempestus lege : tempestas.

Pag. 285 sub *tamam etarmen* pro *ektil* lege : *etkil*.

Pag. 292 sub v. *sayri* pro سَايِر lege : سَايِر.

Pag. 294 sub v. *sarhit* pro سَايِرَة lege : سَايِرَة, — sub v. *seyr* pro سَايِر lege : سَايِر.

Pag. 295 sub v. *sir* pro arcacanum lege : arcanum.

Pag. 298 sub *pesman bolurmen* pro ipid lege : ibid.

Pag. 299 sub v. *basmac* pro caclaneum, lege : calcaneum — sub *bavladi* pro *bavvlagil* lege : *bavlagil*.

Pag. 301 sub v. *bičak* pro dag. lege : pag., sub *bis* post 99, adde : *biz* scriptum pag. 226.

Pag. 302 sub v. *boyarmen* pro pap. lege : pag., — sub *bosaturmen* pro *bossatim* perf. pag. 8 lege : *bosatim* perf. ibid., *bosattim* idem pag. 8.

Pag. 303 pro *bugolar* lege : *bv gvlar* et paulo infra pro *bu* lege : *bv*.

Pag. 306 sub v. *rustan* pro روستانى lege : روسنانى, — sub v. *layh* pro dignns lege : dignus.

Pag. 308 pro *miaem* lege : *miaen*.

Pag. 311 sub v. *amal* lege : عَمَلٌ, — sub v. *araosi* lege : عرس, — sub *mearxem* pro آرزيدَن lege : اَرزيدَن.

Pag. 312 sub *yrs* lege : عِرسٌ, — sub

*oapas megirem* lege: كِرِفتَن, — sub *oua* in fine lege: لَطِيف.

Pag. 313 sub *kak* lege: عَرَق.

Pag. 315 sub *cap* lege: كَعْب, — sub *card* «debitum» lege: قَرْض, — sub *calem* ar. delendum est.

Pag. 316 sub *ciesm* lege: نُور, — sub *cion učin* post *učin* adde: mend. pro *ciou, u.* scriptum, — sub *codrat* lege: قُدْرَة.

Pag. 317 sub *chat* pro خَظّ lege: خَطّ.

Pag. 318 sub *charabat* pro meretirx lege: meretrix, — sub *charg* lege: خَرْج, — sub *mechalem* pro pango lege: pungo.

Pag. 319 sub *chozak* post *chočac* adde: pag.

Pag. 320 sub *getmetchar* lege: خِدْمَة.

Pag. 321 sub *goujs* lege: گُوش.

Pag. 323 sub *hačin* pro mendicus lege: medicus, — sub *hamta* pro *dispar* lege: dispar.

Pag. 324 sub *jausan* pro anulis lege: annulis.

Pag. 325 sub *justrua* pro inquisito lege: inquisitio.

Pag. 326 sub *čouu* post چُوب adde: cf. *ciou, cui.*

Pag. 327 sub *terek* lege: millennium.

Pag. 328 sub *turp* lege: تُرْب, — sub *dacsur* lege: تَعْيِير.

Pag. 329 sub *daftar* lege: دَفْتَر, — sub *dilghia* pro october lege: October.

Pag. 330 sub *dulab* post «pag. 90» adde: دُولاب, quae vox in arabicam quoque linguam translata est.

Pag. 331 sub *drust* in fine pro iutegritas lege: integritas, — sub *naobat* lege: نَوْبَة, — sub *nacas* lege: نَقْش, — sub *naps* lege: نَبْض, — sub *namax digar* pro promeridianae lege: pomeridianae.

Pag. 332 sub *nouma* lege: نُعْمَة.

Pag. 333 sub *manxel* lege: مَنْزِل, — sub *benmoyos* pro 27 lege: 37, — sub *xarnaden* lege: زَنَخدان.

Pag. 334 sub *saya* pro سَاية lege: سايه.

Pag. 335 sub *sabagh* pro نيز سَكَر lege: نيز سَكَر.

Pag. 336 sub *siagingiaf* lege: سِنْجاب, sub *sinakdar* pro cognito lege: cognitio.

Pag. 337 sub *sinidanj* pro auditis lege: auditus.

Pag. 339 sub *zardauais* pro zibelina lege: zibellina, — sub *mepandarem* ante imp. loco puncti comma legendum est.

Pag. 345 sub *berun* pro *berun, meroem* lege: *berun meroem.*

Pag. 347 sub *made* post pag. 111, adde: ar., — sub *mezium* pro منهزم, انْهِزَام lege: مُنْهَزِم, انْهِزَام.

Pag. 350 sub *valeat* unum cf. delendum est.

Pag. 351 sub *ramadan* post pag. 81, addè : ar.

Pag. 354 pro *böygdä* lege : *böygde.*

Pag. 360 sub *krimpis* pro vacab. lege : vocab.

Pag. 364 sub *sin* pro *war* lege : *was.*

Pag. 365 sub *tak* loco signi aequationis lege : germ. med. ae.

Pag. 372 sub *fosina* pro foxinu lege : foxinu͡.

Pag. 373 sub *rasorius* pro ibib. lege : ibid.

Pag. 374 pro *unicum* ibid lege : *unicun* ibid.

---

## INDEX NOMINUM PERSONARUM.

Pag. 382 sub PLINIO pro secundo LX lege : LXII.

# EDITIONES ACADEMIÆ HUNGARICÆ

**MONUMENTA HUNGARIÆ HISTORICA. PUBLICI IURIS FACIT SCIENTIARUM ACADEMIÆ HUNGARICÆ COMMISSIO HISTORICA:**

## SCRIPTORES

**Georgii Sirmiensis** Capellani Ludovici II et Joannis Hungariae Regum Memorabilia sui temporis. 1484—1543. E Codice Bibliothecae Caesareae Viennensis edidit G. Wenzel. Pestini 1857. Volumen unicum. 2 fl.

**Antonii Verancii** Archiepiscopi Strigoniensis, Locumtenentis Regii et ad Portam Ottomanicam legati Opera et Epistolae. 1538—1573. Ediderunt Ladislaus Szalay et Gustavus Wenzel. Volumina duodecim. — 26 fl.

**Joannis Michaelis Bruti** Ungaricarum Rerum libri qui exstant. 1490—1552. Edidit Franciscus Toldy. 1867. Volumina tria. — 7 fl.

**Francisci Forgachii** Ferdinandi I Regis Cancellarii, Antistitis Varadinensis, Rerum Hungaricarum sui temporis Commentarii. 1540—1572. Edidit Fidelis Majer. Volumen unicum. — 3 fl.

**Joannis Decii Barovii** Commentariorum de rebus Ungaricis libri qui exstant. 1592—1598. Edidit Franciscus Toldy. Volumen unicum. — 2fl.

**Stephani Szamosközy** Rerum Ungaricarum et Transylv. libri qui exstant 1566—1603. Edidit Alex. Szilágyi. Volumina tria. — 4 fl.

## DIPLOMATARIA

**Documenta** Hungariae historiam illustrantia e Tabulario Regio Bruxellens 1441—1652. Edidit Michael Horváth. Volumina quatuor. — 8 fl.

**Documenta** Hungariae historiam illustrantia e Tabulariis et Bibliothecis Londini existentibus eruta. Edidit Ernestus Simonyi. Volumen unicum. 2 fl.

**Codex Diplomaticus** Arpadianus Continuatus 890—1301. Edidit Gustavus Wenzel. Volumina duodecim. — 28 fl.

**Codex Epistolaris** Petri Pazmany Archiepiscopi Strigoniensis. 1605—1625. Volumen primum. — 3 fl.

**Actes et Documents**, pour servir à l'histoire, de l'alliance de George Rákóczy, Prince de Transylvanie, avec les Français et les Suédois dans la guerre de trente ans. Publiés par Alexandre Szilágyi. Volume unique. 3 fl. 60 kr.

**Archivum Rákóczianum.** Acta extera historiam Principis Francisci II Rákóczy illustrantia e Tabulario Regio Londinensi. 1703—1712. Edidit Ernestus Simonyi. Volumina tria. — 6 fl.

**Acta Extera** historiam Hungariae tempore Regum stirpis Andegavensis illustrantia. 1268—1426. Edidit Gustavus Wenzel. Volumina tria. — 12 fl. 15 kr.

**Acta Extera** historiam Hungariae tempore Regis Mathiae a Hunyad illustrantia. 1458—1490. Ediderunt Joannes Nagy et Albertus L. B. Nyáry. Volumina quatour. — 8 fl.

**Acta Comitialia Regni Hungariae.** 1526—1581. Edidit Guilielmus Fraknói. Volumina I—VI. — 22 fl.

**Acta Comitialia Regni Transylvaniae.** 1540—1607. Edidit Alexander Szilágyi. Volumina I—V. — 15 fl.

**Epistolae dipl. Papae Pauli III** et Card. **Alexandri Farnensis** ad res Hungaricas pertinentes (1335—1349). Edidit Leop. Óváry. — 2 fl.

**Nicolai Oláh** (Ludovici II Regis Hungariae et Mariae Reginae a secretis, Ferdinandi I cancellarii etc.) Codex epistolaris 1526—1538. Rec. dr. Arn. Ipolyi. Volumen unicum — 3 fl.

**Principis Francisci II Rákóczi** confessiones et aspirationes principis christiani. E Codice Bibliothecae nationalis Parisiensis. Volumen unicum. — 3 fl.

**Codex dipl. Hungaricus** Andegavensis. Edidit E. Nagy. Volumen primum. — 3 fl. 60 kr.

**G. Fejér Codex diplom.** Hungariae. Tabula chronologica tomos, volumina et paginas indicans, a quibus diplomata certorum annorum incipiunt. Ed. Ferd. Knauz. — 50 kr.

**Index Alphab.** Codicis diplomatici Hungariae per Georg. Fejér. Jussu Academiae Scient. Hungaricae conc. Maur. **Czinár.** Volumen unicum — 2 fl.

**Dr. I. Érdy** De tabulis ceratis in Transylvania repertis. Insunt VI tabulae lithogr. — 50 kr.

**Carolus Torma** Repertorium ad literaturam Daciae archaeologicam et epipraphicam. — 2 fl. 50 kr.

**Eug. Ábel** Analecta ad historiam renascentium in Hungaria litterarum spectantia. — 1 fl. 80 kr.

Typographia Societatis «Franklin».

# ADDITAMENTORUM

AD

# CODICEM CUMANICUM

NOVAM SERIEM

SCRIPSIT

COMES GÉZA KUUN.

BUDAPESTINI

EX TYPOGRAPHIA SOCIET. FRANKLIN

MDCCCLXXXIII

# ADDITAMENTORUM

AD

# CODICEM CUMANICUM

NOVAM SERIEM

SCRIPSIT

COMES GÉZA KUUN.

BUDAPESTINI

EX TYPOGRAPHIA SOCIET. FRANKLIN

MDCCCLXXXIII

His paginis publicationem additamentorum ad codicem cumanicum in II. volumine operis «Atti del IV. Congresso internazionale degli Orientalisti» [1] inchoatam continuare instituimus.

## AD PROLEGOMENA.

Pag. VII. lin. 7 post *quosdam* adde: ex ordine S. Francisci.

Pag. XIII, lin. 16 post *et jam diu futurum eorum editorem expectant* lin. sequenti addendum est: Doctissimus Lelewel codicis nostri mentionem non solum fecit, sed primam ejus partem, quam solam novit, a mercatore quodam in regione Cumanorum aliquod tempus degente conscriptam esse diserte dicit, vid. in recensione, quam cl. *Desimoni* de editione codicis cum. scripsit (Estratto dell' Archivio stor. ital., 1881, pag. 5).

Pag. XXXI, lin. 8 post punctum add. est: Alanos Russi *Jasi* nominabant, vid. apud Tomaschek «Die Goten in Taurien» (Viennae, 1881) pag. 40, quod nomen cum Jász idem est, vid. etiam apud Jireček «Geschichte der Bulgaren» et apud cl. Hunfalvy «A kún- vagy Petrarka-codex és a Kúnok» (Budapest, 1881) pag. 26. Cf. praeter nomen *Jász: Jász-vásár* (hod. *Jassi*, in dialecto Siculorum *Jász)*, — *gyász ország* in quibusdam Siculorum antiquis cantilenis (vid. «Vadrózsák» ed. Kriza in

[1] Firenze, 1881.

cantione de *S. Elisabetha)*, et nomen tribus cumanicae آص in Taurica prope ad montem *Csadir-dag* («m. tentorii»), vid. apud EDRISI, quem HUNFALVY allegat l. c. pag. 28. Alanorum linguam JOHANNES SCHILTPERGER civis Monacensis *Yassen Sprache* nominavit, vid. apud TOMASCHEK l. c. pag. 48. Tumulum quendam Alanorum *contebe* appellatum Venetus BARBARO in itinerario circa 1450 scripto allegat, quod nomen TOMASCHEK recte cum turc. *ɣan täpä* («Fürstenhügel») contulit. Oppidum Tauricae *Sudaq*, byz. Σουγδαία, arab. *Sughdaq* ab Alanis fundatum esse constat, quamobrem et nomen alan. esse opinor, idque cum turc. سوداق (n. cujusdam piscis) confero.

Pag. XL post additamentum ult. lin. add. est: Oppidum *Mangup (Mankup)* a Cumanis fundatum turcicum habet nomen, *mang* vultum, *kup* altitudinem significat, cf. etiam مانقا et منقلای apud PAVET de COURTEILLE. Divisionem tamen dialectorum stirpis turcicae haud ita planam et facilem esse inter omnes constat, linguae enim turcicae excepta sola čuvasica tam arcte consentiunt, ut differentiae earum minus conspicuae sint, quam in dialectis alius linguarum stirpis, quamobrem ipse cl. VÁMBÉRY definitivam earum classificationem conficere non potuit, quamquam hujus laboris viam in diversis libris et dissertationibus ingressus sit, ut e. g. in vocabulario etymologico altaicae et uiguricae linguae affines dialectos in hunc modum recensuit: 1. l. altaicae affines *a)* kara-kirgiz, *b)* kazak, *c)* turkoman et jürük. 2. uiguricae affines *a)* čagataica, *b)* kazanica, *c)* azerbaidsanica, *d)* osmanica. Attamen ipse confitetur hanc totam enumerationam tantum respectu geograph. extensionis confectam esse. In introductione grammaticae čagat. doctissimus VÁMBÉRY linguas turcicas in orientales et occidentales divisit, quarum priores ex hisce consistere dicit: *a)* kasgar türkisi, *b)* özbeg türkisi, *c)* türkmen tili, posteriores vero ex his duabus *a)* osmanica, *b)* anatol-türkčesi. At haec etiam divisio magis geographica, quam philologica dici potest et aeque ut prior non omnes stirpis turc. linguas amplectitur. Idem VÁMBÉRY in opere eximio, quod de origine Hungarorum scripsit et anno superiori luce

publica donavit[1], in art. «A Török-tatár Nép» inscripto de diversis populis et tribubus uberius disserens iterum geographicam statuit divisionem (1. l. turc. septentrionales 2. austro-orientales, 3. austro-occidentales). Ad classificationem dialectorum turc. VÁMBÉRY in prolegomenis gramm. čagataicae annotavit: «Der Wahrheit am nächsten steht BEREZIN's «Recherches sur les Dialectes musulmans.» Nur schade, dass er so kurz ist und ein so weites Feld zu umfassen sucht. چوق بیلن چوق یکلور.» Inde ab editione operis BEREZINI studium dialectorum turcicarum tantum accepit incrementum, ut illud tentamen hodie doctis satisfacere minime possit. Dies diem docet.

Pag. XLII, lin. 11 post *nuncupari* puncto sequenti in: transmutato adde «Temesvarium urbs et arx celeberrima a fluvio Temesso, qui ex alpibus ad Severinum urbem haud procul ab Istro seu Danubio sitis profluit, urbemque et arcem praeterlabitur, nominata est, quam veteres Pannoniae Reges contra Bulgarorum nondum Christiana religione imbutorum, quae (qui) a Pannoniae finibus solo Istro dirimuntur, *ac Cumanorum seu Cunorum, quos Poloni Poloucios, nos nunc* (saec. XVI) *Tartaros vocamus*, crebriores incursus advertendos (sic!)[2] aedificaverant, ac postea invalescentibus Turcarum armis, ac ex illis ultra Istrum regionibus, et utraque Valachia fines nostros vastantibus, continuo militari praesidio muniverant.»[3] Ex recentioribus scriptoribus unum A. KOLLARIUM memoro, qui in nota ad pag. 91 operis NIC. OLAHI «Hungaria et Attila» inscripti anno 1763 de lingua Cumanorum παρέργως in hunc modum scripsit: «Minima Hungariae portio est, quae Hungaros, sive populum Hungarico solum idiomate utentem habet; verendumque profecto est, ne sermo ipse exolescat, *ad eum prorsus modum, quo Cumanorum evanuit.*» Superfluus sane timor!

Pag. XLVII, lin. 11 post punctum adde: Nonnulli glossam

[1] «A Magyarok Eredete» (Budapestini, 1882).

[2] Rectius «prohibendos» v. «avertendos».

[3] Vid. NIC. ISTHUÁNFII PANNONII «Historiarum» lib. XVIII, in initio (Coloniae Agrippinae, 1622).

osm. *fena* perperam cum arab. فناء contulerunt, quod vocabulum non «malum», sed «redactionem ad nihilum» et apud quosdam scriptores mysticos persicos ultimum perfectionis gradum significat.

Pag. LVII, lin. 4 post *elucet* adde: Hoc antiquissimum nomen ethn. adhuc in chartis maritimis peregrinatorum ital. velut nomen loci in Taurica annotatum legi potest, vid. formas *Üsküt*, *Scuti* s. *Scuta*, cum quibus cf. nomen gentis Σκυθόταυροι, vid. apud Tomaschek «Die Goten in Taurien» pag. 73.

Pag. eadem lin. 20 post *Massag* adde: fortasse.

Pag. eadem lin. 21 *procul dubio* delendum est.

Pag. eadem lin. ead. sub *esse* in nota num. 5 distincta adde: Apud *Ctesiam* Ἀρσάκης (Excerpt. 49, 53); cf. etiam in lingua ant. persica *arsaka*, vid. doctissimam recensionem codicis cum., quam Carolus Pozder in actis societatis philologicae edidit («Egyetemes Philologiai Közlöny» 1881).

Pag. LIX, lin. 12 post *piscis* puncto in: mutato adde Καρμ-παλούκ· πόλις ἰχθύων, cf. *kermê* «urbs» pag. 197. Ad inversionem constructionis cf. *Ba'albek* n. l. in Coelesyria i. q. *Heliopolis* (Ἡλίου-πόλις). Ad hoc nomen cf. etiam *Balaklava* in Taurica, de quo cl. Tomaschek haec dixit: «(Bucht von Balaklawa . . .), die ihren Namen dem Fischreichthum verdankt (türk. *balyqly* «fischreich» etc.),» vid. l. c. pag. 69, 70. Cf. etiam nomen *Sudak* (čag. سوداق), de quo vide supra.

Pag. LXII, post additamentum adhuc sequentia adde: Cf. titulum *titanus* in diplomate januensi de anno 1449: «titanus seu vicarius Canluchorum.» Johannes de Luca de Kanlucis ita disseruit: «les Canluci, qui sont les domestiques du roy» etc., vid. apud Tomaschek l. c. pag. 58.

Pag. LXIII, lin. 5 post *nominabant* adde: In documento quodam Veneto ea ipsa lingua, quam auctores Januenses «ugaresca» nominabant, «cumanica» appellata est, vid. «I conti dell' Ambasciata al chan di Persia nel MCCXCII» in editione Corn. Desimoni (Genova, 1879), pag. 31, in nota.

Pag. LXV, lin. 4 post *restauraverunt* adde: Cumanos

auctore ABÛLFEDA saec. IX. prope ad flumen Jaxartis (Sir Darja, scyth. *Silis)* sedes et in hac regione urbem magnam *Fergana* nominatam habuisse notum est, vid. apud REINAUD «Géographie d'Abulfeda» (Parisiis, 1848), I., pag. CCCLIII et seq., vid. etiam recensionem codicis cum. a cl. CORN. DESIMONI scriptam, pag. 10.

Pag. LXXI, lin. 13 post *obvenit* adde: Suffixa possessiva linguarum eranicarum antiquarum et recentiorum sane influxui linguarum turcicarum attribuenda sunt, e. g. ap. *nyâkama* «avus meus,» *apanyâkama* «atavus meus» (osm. *dede-m)*, vid. apud SPIEGEL «Vergleichende Gramm. der altéranischen Sprachen» (Leipzig, 1882), § 353, pag. 477.

Eadem pag., lin. ult. ante addit. adjunge: Ultimam litt. hujus formae dentalem mediam in lingua semitica Babyloniae voci akkadicae v. sumiricae affixam esse opinor *(Anaitis, Anahita).*

Pag. LXXII, lin. 1 post *genealogia* adde intra parenthesin hebr. שלשלת יוחס.

Pag. LXXVI, lin. 27 post *fuit* adde: De Cumanis primus inter europaeos scriptores circa annum 950 CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS scripsit eoque auctore Chazari sibi contra Bissenos Uzos adsociaverunt; Bisseni tunc a litoralibus fluminum Volgae et Jajk regionibus expulsi in citeriori Volgae regione Hungaros aggressi eos occidentem versus pepulerunt. CONSTANTINO enim regnante circa annum 950 Uzi adhuc sedes Bissenorum habitaverunt, sed ipso CONSTANTINO teste in his locis Bisseni quoque remanserunt, qui vestitu ab Uzis aliquantulum discrepabant. CONSTANTINUS fortasse rerum gestarum ordinem chronologicum ignoravit, sed eo non obstante Hungaros, Bissenos et Cumanos se — prout ille scripsit — versus Pontum Euxinum et Danubium secutos esse optime constat, vid. apud cl. PAULUM HUNFALVY «A Kún- vagy Petrarka-Codex és a Kúnok» pag. 13. Hungarorum antiquas sedes Bissenos, Bissenorum autem Uzos vel Cumanos occupasse liquet inter historicos. Tempore CONSTANTINI Hungari jam hodiernam habitaverunt patriam, Bisseni

vero antiquiores Hungarorum sedes, sc. regionem fluminum Seret, Prut, Danaster (Tyras) et Danapris (Borysthenes) occupatam tenuerunt. Uzi vel Cumani eodem tempore adhuc ultra Volgam vitam more nomadum agebant. Centum tamen annis postea eos citra Volgam fuisse ex chronicis Nestoris clare elucet, quo auctore Polovczi anno 1061 primum in Russiam irruperunt et principem Vsevolod, qui iis se opposuit, in pugna deviceruntur. «Hoc fuit, dicit Nestor, primum infortunium, quod paganus et pravus hostis Russis intulit.» Nestor Cumanos uti notum est, Polovcz nominabat, quod nomen sec. Wolffium Mongolorum et Tartarorum historiographum *pol-ucz* i. e. «Uzos campestres» significat, vid. apud Hunfalvy l. c. pag. 14. — Clariss. Hammer-Purgstall dissertationi «de originalibus Hungarorum sedibus» mentionem Cumanorum injecit hanc: «Restat ut de Cumanis dicamus, sed quibus nulla apud Constantinum Porphyrogenitum sub hoc nomine mentio, et qui ad annum 1060 (sic!) primum in historiis byzantinis emergunt, etiamsi Anonymus Belae et alter eorundem jam in historia migrationis Hungarorum amplissime recordentur. Hoc Constantini et Nestoris de Cumanis silentium Schlötzero et aliis clarissimis historicis ansam fidei historicae Anonymorum impugnandae praebuit, quam fidem ab aspersionibus, quas Schlötzerus aequa praesumptione et cacoëthe in origines ottomanicas ac ungaricas ex tripode effutiit, vindicare fas erit. Omnibus constat, apud historicos Byzantinos et imprimis apud Constantinum Porphyrogenitum diversos populos longe alio quam vero suo nomine venire et Ungaros ab illo Turcas nuncupari, qui ab illo Patzinacitae (sic!), ab aliis Scythae cognominantur. Etiamsi hoc omnibus, qui chartas historicas versantur manibus, notissimum sit, nullibi adhuc adnotatum fuit; et hanc Patzinacitarum denotationem non de stirpe turcica Petzinegorum solummodo intelligendam esse, sed apud illum omnes incolas regionis Kipciak comprehendere, ita ut sub Patzinacitis Porphyrogeniti semper Kipciakenses intelligi debeant (sic!); quod facillime probandum. Sedes, quam Constantinus Patzinacitis

adscripsit, eadem est, quae apud omnes Geographos et Historicos orientales nomine Kipciak venit inter Ural nempe et Wolgam fluvios interamnalis. «Sciendum est, Patzinacitas a principio ad Atel (Wolgam) et Geich (Jaik) flumina habitasse, iisque conterminos fuisse populos illos, qui Mazari atque Uzi cognominantur» (cap. XXXVII). His finibus Turcae Kipciakenses apud Geographos et Historicos orientales circumscripti sunt, qui Petschinegos (ab aliis بجناك i. e. consanguineos dictos)[1] in angustissimam regionem in septima climatis septimi sectione in vicinia Baskirorum confinant. Patzinacia Constantini ergo idem ac regio Kipciak sonat, quae in octo themata divisa, totum inter Jaik et Wolgam fluvios spatium implevit, dein usque ad Tanaim, Danaprim et Tyram sese extendit («Patzinacitarum gens parti Chersonis finitima est» cap. I.) «Porro Cancar quoque appellantur Patzinacitae, non omnes quidem, sed trium tantum thematum incolae, tamquam qui a caeteris fortiores nobilioresque; nam hoc vox ipsa Cancar significat» (ibidem in fine) et in hac etymologia Porphyrogenitum hallucinatum fuisse, REMUSATIUS docet, cum vox *Kangli*, nil aliud quam aurigam significet, uti ex Abulghasio, Reschideddino et aliis historiae turcicae fontibus abunde constat.[2] Si apud Porphyrogenitum Turci pro Ungaris, Patzinacitae pro Kipciakensibus audiunt, nil mirandum, si a Byzantinis recentioribus pro Uzorum sive Ghuzorum nomine Cumanorum denominatio usurpata sit, cum eodem plane idiomate, nimirum turcico, usi fuerint, nullaque alia inter linguam illorum quam dialecti orientalis occidentalisque differentia intervenerit (sic!). Philologi et historici hodie in eam sententiam eunt, idioma characteristicam notam esse, ex qua identitas populi cum populo decerni possit (hanc sententiam cl. HAMMER-PURGSTALLII philologi hodierni

[1] Osm. بجناق v. بجنق *baganak* «beaufrère» apud HINDOGLU. Apud ABULFEDAM باجناك (vid. pag. XXXIII Proleg.).

[2] Hoc nomen auctore VÁMBÉRY significatu εὐγενέστερου vel cum kirgizico *kangïr* «strenuus», «belliger» idem est, vel fortasse idem ac *kanï kara* «nigri sanguinis», «ferox» (gr. καγκαρ) sonat, ex quo decurtatum videtur.

abdicaverunt. Ed.)[1] . . . Cumanos et Hungaros una eademque lingua usos fuisse, plane negandum, cum vocabularium illuc cumanicum ex scriniis Petrarcae a cl. Klaproth publici juris factum,[2] cum omnia orationis dominicae Cumanorum exemplaria, de quibus undecim in cl. Gévayi manibus collecta exstant, mere turcica sint.[3] Cumanos seu Uzos seu Polowzios seu Polucos unam eandemque gentem significare, jam clarissimus Horvathus ex sententia Thunmani et Suhmi retulit. Idem nomenclaturam unde Chuni seu Cuni (Kúnok) — quod patrium illorum nomen — et unde Cumani dicti sint indagatur; prioris cognominationis originem a Chuno principe Ogororum, alterius a flumine Kuma derivat (sic!). Aliam ac certiorem derivationem fontes orientales praebent. Historici Persae Turcaeque claris verbis docent, primum Oghuzorum seu Uzorum nomen Kun fuisse («Origines Russes» in textu et in traductione), quod nomen Cumanorum usque ad deletionem eorundem in Hungaria viguit. Quod Cumanorum nomen attinet, illud non ex Cuma derivandum censemus, sed ex communi Uzorum in Oriente Turcumanorum (sic!, rectius: Turkoman) cognominatione, cum clarissimi Deguignes et Remusatius jam abunde docuerint Uzos et Turcomanos unum eundemque populum fuisse.[4] Etiamsi igitur Kumi sive Oghuzi sive Ghuzi sive Uzi sive Turcomani sive Cumani a Russis Polovczi dicti, una eademque gens sit, quae a vetustioribus Byzantinis Uzi, a recentioribus Cumani cognominata, apud Annam Comnenam sub utroque nomine venit; tamen aliqua diversi hujus nominis ratio exstat, quae eo magis hic reddenda, cum apud Geographos Arabes, ut Edrisium

[1] Quatuor tribuum turc., quae prope urbem VALENDAR anno 934 teste *Masudi* contra Byzantinos pugnaverunt, primam et secundam Hungaros, tertiam Bissenos, quartam Bulgaros fuisse doct. BRUUN in dissertatione, quam de hoc bello scripsit, diserte dicit.

[2] Codex noster cumanicus.

[3] Vid. pag. XLIV proleg. nostrorum.

[4] Cl. VÁMBÉRY nomen «cumanus» a *kum* ope suffixi lat. *an* derivandum censet. Hoc suffixo etiam in l. graeca nomina gentilia formantur, e. g. Πατζανός. Turcomanorum tribus scriptores orientales *Guz* vel *Guzz* nominabant, vid. apud VÁMBÉRY «A Turkománok Nyelvéről» (Nyelvt. Közlemények, t. XV, Budapestini, 1879, pag. 2).

et alios, Ghuzorum et Cumanorum sedes simul occurrant. Eadem certe gens quoad stirpem et linguam, sed advenae diversi temporis, cum Uzi (ut Porphyrogenitus testis est) jam ad finem saeculi decimi ex oriente immigrantes, Patzinacitas i. e. Aborigines regionis Kipciak incolas sedibus suis expulerint, et Hungarorum migrationi impulsum dederint. Recentior ejusdem gentis colonia, a scriptoribus orientalibus Turcomani nuncupata, dein Byzantinis ad finem saeculi undecimi sub nomine Cumanorum innotuit. Cum hoc nomen apud Porphyrogenitum nondum occurrat, Schloetzerus et alii inde Anonymum Belae et alium infitiarum arguendi occasionem arripuere, primusque «Quis nescit Cumanos albos?» exclamat. Certe ipse noscet, si Geographos Arabes perlustrasset; nam Edrisi in periplo maris maeotici urbem alborum Cumanorum nominat, quem locum iam cl. Horvathus in commentatione sua citavit. Sedes Cumanorum idem Geographus Nubiensis autem non solum ad orientem paludis Maeotidis, sed etiam in occidentali plaga ab oriente Chersonis, ubi in omnibus medii aevi chartis Cumania inscripta invenitur, collocat, ita ut orientem versus degentes Albi, occidentales vero Nigri dicti fuisse videantur. Idem Geographus Nubiensis et aliam Cumaniae divisionem habet, exterioris nimirum et interioris, uti et de Russia exteriori et interiori, de Baschkardia exteriori et interiori loquitur, ita ut partes septentrionales ejusdem regionis nomine exterioris, partes meridionales nomine interioris veniant. Cumania exterior apud illum in sexta climatis septimi parte sive in extrema regione septentrionali in vicinia Bulgariae occurrit, ubi e septentrione ultimae Cumanorum urbis lacus, octo fluvios recipiens, piscibus, ichtyocollam praebentibus, et castoribus abundans, nobis nullus alius quam lacus Ilmen (sic!) esse videtur, qui revera octo fluvios recipit. Quum apud Geographos orientales Cumanos septentrionales Bulgaris finitimos et Petschenegos Baschiris vicinos offendimus, quid impedit, illos et Hungaris, qui primo terram Lebediae trans Wolgam in hodierna provincia Viatka ad fluvium *Chid-*

*mas* (hodie *Kilmas*)[1] et dein regionem inter Etel et Kuzu i. e. Wolgam inter et Danaprin incoluere, finitimos fuisse, ita ut Anonymi fides de migratione illorum constet. Sed hoc utcumque sit, cum ad oculum demonstraverimus, sedem primariam gentis Hungaricae in regione trans Wolgam extitisse, coloniam illorum orientalem dein in Mesopotamiam (sic!) ad montem Masium (sic!) emigrasse,[2] si adhuc aliqua vestigia eorundem in Asia supersunt, eadem certo certius non in Caucaso et Himalaja, sed potius in colluvie illa gentium, qua mons Masius et hodie scatet (sic!) et in Uralicis regionibus (ubi arctica sedes Sibir ex Sabiris nomen traxisse videtur) quaerenda sunt.»[3] De Sabiris annoto eos tribum quandam Hunnorum fuisse (سبير), vid. apud VÁMBÉRY «A Magyarok Eredete» pag. 48. «Bissenorum potestas — scribit cl. HUNFALVY — eodem fere tempore debilitata est, quum Hungarorum robur fundatione regni augeretur. Circa annum 1065 Cumani supra Bissenos invaluerunt; illi etiam in Hungariam invasionum seriem inchoaverunt, hi vero stabile in Hungaria domicilium quaerunt, pars tamen eorum, quae limitem Hungariae non transgressa est, Cumanis in unam eandemque gentem conflavit. Ultimum anno 1122 Bisseni Danubium transgredientes in Bulgariam incurrunt et illic nomen eorum amplius non memoratur. Sed apud nos diplomata exstant, in quibus Bisseni sequentibus etiam saeculis in Hungaria memorantur, e. g. diploma quoddam de anno 1350 capitanum bissenum memorat, et etiamnum in compluribus locorum nominibus Bissenorum memoria viget.[4] Hungariam Cumani primum anno 1086 invasione turbaverunt circiter 20 annis post primam eorum

[1] Vid. de Lebedia apud CONSTANTINUM «De administrando imperio» (cap 38), cf. egregium opus cl. VÁMBÉRY «A Magyarok Eredete» (Budapest, 1882) pag. 140.

[2] De Sabartoiasfalis (Σαβαρτοιασφαλοι) vid. apud CONSTANTINUM l. c.

[3] Vid. «A' M. T. Társaság Evkönyvei» III. vol. (Budae, 1838), III. class. pag. 137—144.

[4] Prope Maros-Némethi in comitatu Hunyadiensi pagus *Bezsán* in documentis saec. XIV et XV sub formis *Besen, Beseen* et *Bessen* denominabatur, uti doctissimus FRANC. SOLYOM FEKETE mihi litteris communicavit, in quibus hoc nomen cum *Besen* in comitatu Baranyensi contulit (hodie *Bisse*), vid. apud comitem JOSEPHUM TELEKI in opere «Hunyadiak kora», vol. VI., pag. 109.

incursionem in principatus Russorum. His viginti annis Cumani ad Pontum Euxinum et ad Danubium appropinquant et Bissenos tandem devincentes Hungarorum finitimi evaserunt. Incursiones Cumanorum Bissenos subsequuntur. In Bulgariam transdanubianam sub imperio byzantino Cumanorum sæpe cum Bissenis conjunctorum incursiones ab a. 1020 ad a. 1186 crebriores et duriores erant, quam in Hungariam ipsam. Imperatores igitur byzantini et scriptores imperii Cumanos bene cognoscendi multas habuerunt occasiones. Hi anno 1065 Danubium transgressi in Bulgariam irruentes eam usque ad Graeciam devastaverunt. Lue inter Cumanos exorta imperator multis superstitum in Macedonia sedes assignavit, vid. apud Jireček «Geschichte der Bulgaren,» pag. 207. Princeps Bissenorum Tzelghu ann. 1087, uti fertur, cum 80,000 Bissenis et Cumanis in Thraciam irruens eam longe lateque depraedatus est. — Primos Hungariae colonos Cumanos ab Hungaris *Palócz*, ab scriptoribus polonis et russis *Polovcz* denominatos per Russiam et Galiciam in Hungariam pervenisse constat, sed id aegre dicere possumus, quando eorum introitus obvenerit. Si Russi primum ann. 1055 vel 1065 Polovczos offenderunt, antea colonos eorum in Hungariam venisse incredibile est. St. Ladislao regnante Polovczos ea tantum conditione in Hungaria sedes fixas occupare potuerunt, si rex Hungarorum captivis Cumanis habitationem adsignavit, uti ab imperatore byzantino factum vidimus, vel per Galiciam pacifici Polovczi in Hungariam immigraverint, nullam communem rem habentes cum illis Cumanis, contra quos Ladislaus bellum gessit. Colomanus Ladislai successor principis Kievensis Svatopluk filiam nomine Predslava in matrimonium duxit, sed cognatum Borics ut legitimum non agnovit, qui regnum affectans saepe cum Polovczis foedus feriit. Illo quoque tempore Cumani in Hungariam immigrare potuerunt. Secundum chronica filius Colomani: Stephanus II. Cumanos multum diligebat et quia sequens facinus in iis relatum Agriae obvenit, clare patet primos Polovczorum colonos in Hungaria in regione montium Matrae habitasse. Ecce facinus. Cumani rege Hungariae sibi

benigne favente efferentes animos multa contra Hungaros scelera perpetraverunt, quamobrem quum gravis morbus regis in oppido Agriae innotuisset, «Hungari villani,» uti chronica dicunt, eos in propriis sedibus aggressi magnum numerum occiderunt, occisorumque bona depraedati sunt. Cumanus quidam nomine Tatar, qui se cum paucis sociis ab aula imperatoris byzantini ad regem Hungariae convertit et ab eo clementer exceptus liberum ad eum aditum habuit, facinus recens aegroto regi retulit, hic re audita coram fidelem Cumanum iracundus in gentem suam ita exclamavit: «si sanus ero, pro uno Cumano occiso decem Hungaros occidendos curabo.» Rex promissis stare non potuit, quia paulo post mortuus est. Dimidio saeculi antea in regionibus ad flumina Sajó, Zagyva et Zsitva adjacentibus sedes Bissenorum fuerunt, itaque hic quoque aeque atque in partibus orientalibus et australibus Hungariae Cumani advenientes cum Bissenis brevi temporis intervallo conflaverunt. Centum annis post mortem Stephani II. Cletus episcopus Agriensis, qui inter annos 1228—1231 Agriae ordini Franciscanorum monasterium aedificavit, anno 1231 pro Cistercitis abbatiam de Beel trium fontium Beatae Mariae, alias trium fontium de Beel Cumanorum fundavit. Cumanos a tempore Stephani II. regionem montibus Matrae adjacentem habitantes cum Cumanis sub tempus Cleti eadem ex stirpe fuisse, in dubium vocari non potest, itaque eos Paloczorum hodiedum habitantium majores extitisse clare patet. Nunc denique adnotandum est, nomen Palócz in chronicis hungaricis et in diplomatibus locum non obtinuisse, pro quo «Cumanus,» *Kún* occurrit, — nomen *palócz* in loquela tantum populari viguit et viget hodieque.»[1]

Aristof in dissertatione, quam de Polovczis coram congressu Kazaniensi legit, eos Kazaris saevioris indolis fuisse dicit, ita e. g. urbes non aedificasse (sic!), sed earum multas devastasse, res divinas neglexisse et commercio non tam addic-

[1] Vid. cl. Hunfalvy dissert. saepe alleg. pag. 14—16.

tos fuisse, quam Kazari. At in una saltem parte assertionum ARISTOF a vero aberrare videtur. — In tentoriis Polovczos a Volga usque ad Danaprim habitasse cl. scriptor russus diserte dicit et limites sedium definit recte annotans, populos fennicae et turcicae originis in nominibus geographicis Russiae meridionalis memoriam suam ad posteros transmisisse, sic e. g. in Ukraina XVII. saec. i. e. in confinibus Russiae minoris, nominatim in gubernio Kharkofiensi. Kazarorum nomen adhuc viget in formis 1. Khazarskoé gorodichtché, 2. Khazarskaïa Khutora, 3. Khazarskii gorod, cujus conspicuas ruinas hodieque cernere licet ad ripam fluvii Donetz. Nomen Biélaïa Veje, quo hodie colonia quaedam germanica in gubernio Černigof nuncupatur, etiam ad Kazaros referendum est, qui nonnunquam in chronicis BIELOVÉJSKIÉ appellati sunt ab urbe eorum principali *Biélaïa Veje* «castellum album» (cf. ἄσπρον ὸσπίτιον, kazarice *Sarkel* v. *Sarkil)*[1] quod ad ripam Donetz vel Tanais exstitit. Nomina voc. *khakhan* composita auctore ARISTOF pariter ad Chazaros referenda sunt. Memoria Bissenorum in nomine castelli cujusdam *Pečenegui* adhuc viget, quod in gubernio Kharkofiensi ad ripam superioris Donetz exstat et non ita diu nomen *Novo-Biel-gorod* obtinuit. Antiquum *Biel-gorod* propter Kazaros sic nominatum fuisse credibile est. Itaque Bissenos quoque in hac regione olim urbem possedisse confirmatum videmus. Memoria Turcarum in duobus nominibus geogr. inest: 1. *Torskoé gorodichtché* «urbs Turcarum», 2. *Torskaïa doroga* «via turcica.» Qualis haec tribus fuerit, ARISTOF se nescire fatetur. — Auctore ARISTOF Polovczos urbes non aedificasse (sic!), sed aliorum urbes per vim occupantes nomina earum in Principum suorum cognomenta mutavisse ex testimoniis historiae probari potest, principes vero multos habuisse jam ex eo concludere possumus, quod in pugna contra VLADIMIR MONOMACHUM ann. 1103 viginti eorum ceciderunt et in pugna contra VLADIMIR GLÉBOVITCH ann. 1185 eorum nume-

[1] Apud IBN DASTAM شارعشن, quod sec. VÁMBÉRY pro سرعشهر scriptum exstat, cf. ant. turc. *sara* «album», vid. «A Magyarok Eredete» (Budapestini 1 82), pag. 94.

rum 417 fuisse refertur. Principum cumanicorum duo in cantu *Igor* nominantur, sc. *Buss* et *Charukane,* de quibus ibidem dictum est: «filiae Polovczorum laudant tempora *Buss*[1] et vindicem *Charukane* celebrant.» In chronicis NESTORIS: *Charukane* saepe memoratur et in historia belli, quod Russi contra Polovczos anno 1111 gesserunt, mentio de oppido *Charukane* injicitur. In gubernio Kharkofiensi nonnulla loca *Buss* audiunt. — ARISTOF in continuatione dissertationis cit. historiam belli Russorum contra Polovczos ann. 1103, 1111 et 1185 ex testimoniis luculentis in hunc modum componit. Anno 1111 VLADIMIR MONOMACHOS die 26 Febr. ad bella contra Polovczos proficiscitur, qui tunc in sedibus hibernis erant. A celeberrima urbe Kief profectus per viam commercio et motu exercituum tritam juxta ripam Danapris sinistram descendens Vorskla et quosdam alios fluvios transgressus post iter sex dierum ita factum, ut singulis diebus cum exercitu 25 verst absolveret, die 21 Martii (die Martis) tandem ad oppidum *Charukane* pervenit prope ripam Donetz.[2] Charukane se submittit et ut signum deditionis victori vinum et panem offert. Die sequenti i. e. Mercurii VLADIMIR ad urbem *Sugrovo* venit eamque incendio delevit. Die Jovis i. e. 23 Martii victor fluvium relinquens interius in planitiem penetravit et die 24 Martii turmam Polovczorum aciem explicantium offendens eam quoque devicit; post tres dies Polovczi iterum apparentes Russos ad ripam fluminis *Salnitsa* circumcludunt, sed tunc quoque Russi victores fuerunt, uti in chronicis legi potest: «Deus ipse ad auxilium Russorum venit et Angeli thoracibus aheneis perquam lucidis induti in pugnam se immiserunt.» Inde Russi retro verterunt. Ope factorum hujus narrationis ARISTOF limites sedium cumanicarum melius determinare potuit, quam SOLOVIEF et alii. Secundum ARISTOF Russi non ad ripam Tanais, sed prope DONETZ castra instruxerunt, — Charukane loco hodierni Kharkof exstitit, —

[1] Cf. apud Anonymum BELAE regis nomen cujusdam nobilissimi Bulgarorum domini: BOKSU.

[2] SOLOVIEF falso Charukane ad ripam Tanais collocat.

Salnitsa cum Tor vel Toretz eundem fluvium significat, — Téchuef aliud Polovczorum oppidum cum hodierno Čuguef idem est, et memoriam principis cujusdam Cumanorum *Techuï*, v. *Čuguì* Khan conservat. Flumen Kaïala, quod in cantu «Igor» memoratur, idem est, quod Kalka, ad cujus ripam Tartari anno 1224 Russos devicerunt. Cantus «Igor» sec. Aristof etiam quod geographiam attinet, magni momenti est et descriptionem chronicorum de bello ann. 1186 gesto optime complet. Hoc anno Russi in planitiem Cumanorum, quam poema tropice «mare polovczicum» nuncupat, ulteriùs penetrantes prope *Donétskoé gorodichtché* a Kharkof 15—16 verst distans duce Igor proelium contra Polovczos susceperunt. Cantum «Igor» *Tikhonravof* edidit et princeps Paulus Viazemski eum commentario instruxit.

Anno 1086, uti vidimus, Cumani primum in Hungariam irruunt, duobus vero annis post simul cum Bulgaris et Bissenis imperatorem *Alexium Komnenum* devincentes per Bulgariam danubianam imperio byzantino ereptam auctore Theophylacto usque ad Bdyn penetraverunt, vid. dissertationem cl. Tomaschek «Zur Kunde der Hämus-Halbinsel» (Viennae, 1882), pag. 50. Anno 1094 Cumani ex Valachis introitus Haemi sciscitantes usque ad Tundža pervenerunt, vid. apud Tomaschek, l. c. — Cumani cum Valachis in Valachia hodierna, quam antea «Cumaniam» nominabant, tam crebrum habuerunt commercium, ut illorum nonnulli nomina haberent valachica, e. g. dux quidam ann. 1148 Λάσαρος φύλαρχος (*Kinn.* III, 3. pag. 95), vid. apud Tomaschek l. c. — De terra Cumanorum antiqua, uti jam vidimus pag. LXVI, Edrisi quaedam memoriae prodidit. Edrisi geographus arabs celeberrimus in aula regis Rogerii II. Siciliae (1102—1154) vitam duxit et ad mandatum regis geographiam universalem perscribere instituit, quem ad finem et ipse multa suscepit itinera et alios ad iter faciendum excitavit, ita unum amicorum in terras Cumanorum misit, cujus relatis adjutus sedes Cumanorum XII. saec. in hunc modum descripsit: urbs albae Cumaniae Matluka (cf. proleg. meorum pag. LXXXVI)

a Matraka in paeninsula Tamar itinere unius diei distans exstat.[1]

Regio a Matluka versus orientem vergens «nigra Cumania» nominabatur, quam prope Nogaisk fuisse certis firmatur argumentis.[2] Quadraginta verst orientem versus castellum *Kire* exstitit loco hodierni Berdiansk ad ripam Berde, inde usque ad confines Kazariae iter aliorum quadraginta verst faciendum erat. Ab «alba Cumania» itinere 80 verst septentrionem versus urbs *Nuši* distat (sec. doct. HUNFALVY fortasse loco hodierni Orjächov). Inde duplex iter exit, unum septent.-orientem versus, alterum septent.-occidentem versus ad *Naroš* et a Naroš orientem versus per intervallum 216 verst ad *Slav* (hodie Slavjansk, vel propius ad Donetz hod. Slavjanoserbsk). Cl. HUNFALVY flumen Donetz limen Cumaniae orientale censet, equidem tamen Cumanos sedes et ultra Donetz aliquantulum distendisse opinor. — A Slavjansk occidentem versus 80 verst distans prope hodiernum Kremenčug trajectus Danapris exstat, EDRISI hunc portum *Kira* nominat.[3] Ultra Kira circa 40 verst *Nej* exstitit distans a Kief sex diebus, i. e. 240 verst. «Itaque — dicit cl. HUNFALVY — limes Cumaniae septentrionalis cum limite septentr. hodierni gubernii Jekaterinoslav convenit, at orientem versus idem limes usque ad *Charkof* protendit. Inter Danaprim et Tyram limitem Cumaniae occidentalem EDRISI non definivit, et veluti ultimam Cumanorum sedem in hac regione castellum Aklibat collocat itinere unius diei a faucibus Danubii distans in eo fere loco, ubi nunc *Akjerman* exstat, quod fortasse cum bissen. Ἄσπρον κάστρον convenit.» EDRISI adhuc duas urbes Cumanorum nominat, sc. *Silan* v. *Solan* et *Troja*, quarum utraque

[1] Matlukam LELEWEL in regione Moločnoe Ozero prope Melitopolim collocat. Ad nomen *Matraka* cf. Ταμάταρχα apud CONST. PORPHYROGENITUM «De adm. Imp.» 181, quod nomen cl. VÁMBÉRY ex *Temirtarkhan* corruptum esse dicit (turc. *temir* «ferrum»).

[2] THUROCZI Moldaviam nuncupavit «nigram Cumaniam», vid. proleg. meorum pag. LXXXVI.

[3] Sec. HUNFALVY idem, quod *kiriu* v. *kiriv* «introitus», equidem hoc nomen pag. LXXXVI proleg. cum قيراغ contuli, cf. etiam nomen *Kire*.

prope limitem Cumaniae occidentalem exstitit. Ab Akliba (Akliba, ليمان اق) usque ad Silan iter 320 verst faciendum erat et inde ad Trojam geographus arabs distantiam 160 verst fuisse dicit. Sec. Blau: Silan vel Solan fortasse cum hod. Solonec et Troja v. Torona cum Tarnopol convenit (تارناو «canalis» apud Pavet de Courteille). Hic fuit limes Cumaniae Galiciam versus. Iter vero a Solan exiens in Moldaviam duxit. Meridionalis Cumaniae limes a Tyra ad Danaprim maris litus erat, sed ripam Tauricae occidentalem Cumani non possederunt. Regionem *Kirker* in medio paeninsulae ad pedem montis *Čadïr-dag* («mons tentorii») tribus Cumanorum *As* nominata habitat. Hucusque Edrisi. Geographus arabs Cumanorum Moldaviam et Valachiam habitantium nullam fecit mentionem, eorum nempe, qui ab anno 1086 Hungariam crebris vexabant irruptionibus et inde ab anno 1180 a regione fluviorum Szeret et Prut Danubium saepe transgressi sunt. Bulgaros in libertate recuperanda Cumani fortiter adjuverunt.[1] Asan, Petrus (1186—1197) et eorum heres Kalojan (1197—1207) se et subditos solum auxilio Cumanorum contra Byzantinos tueri potuerunt. Kalojan v. Joannitii uxor cumana fuit, vid. apud Jireček «Geschichte Bulgariens» pag. 230. Princeps quidam cumanicus nomine Kotzas anno 1205 imperatorem lat. Balduinum devicit eumque captivum fecit, vid. apud Hunfalvy l. c. pag. 17—18. Fine saeculi XIII. dynastia Terteridarum ex stirpe Cumanorum in Bulgariam immigrantium, quos sedibus Mongoli expulerunt, originem duxit; ex hac dynastia regnavit I. Terterij Georgius (1280—1292), II. Terterij Georgius (1322—1323). Memoria Cumanorum Bulgariae in quibusdam nominibus geographicis viget, e. g. *Kumanovo*, vid. apud Hunfalvy l. c. pag. 28. Attamen maxima Cumanorum pars etiam post irruptionem Mongolorum in Moldavia et Valachia remansit, quae tandem progressu temporis cum Valachis in unam eandemque gentem conflavit.

[1] Inde ab anno 1186

In saeculo praecedenti quoddam in Moldavia officium vel potius dignitas «Capitanu de Comanii» nominabatur. Vojvodae Leonis (1630—1633) «dvornik»[1] nomine Arslan, quem Vojvoda banum Krajovae fecit, certe Cumanus fuit. Sub tempus Gabrielis Mogilae (1617) capitani vigiliarum Buzdigan et Opra agha nominabantur, quae sane nomina turcicam redolent linguam, vid. apud Lad. Réthy «Magyar pénzverő Izmaeliták» (Arad, 1880), pag. 17, 18. — Sec. Siestrzencewicz et Canale Januenses Kaffam[2] concessu principis Cumanorum in territorio cumanico fundaverunt, hi enim ὁ τῶν Σκυθῶν ἡγεμὼν apud Nicephorum Gregoram principem Cumanorum interpretantur. Doctissimus Heyd hanc interpretationem in hunc modum refutavit: «Wir müssen nun aber bei der Hauptfrage uns verweilen: wer war der Landesherr, welchem die Genuesen die Erlaubniss zur Ansiedlung in Kaffa verdanken? Der Ausdruck, mit welchem ihn Nicephorus Gregoras bezeichnet: *Oberhaupt der Scythen* (ὁ τῶν Σκυθῶν ἡγεμὼν) scheint der Deutung grossen Spielraum zu lassen; gab es doch überhaupt Scythen damals nur noch in der antikisirenden Sprache der Byzantiner; welches unter den verschiedenen Völkern, die nach einander in der Krim herrschten, in unserer Stelle gemeint sei, darüber ist scheinbar jede Vermuthung erlaubt. Und so macht denn Formaleoni aus dem «Oberhaupt der Scythen» einen Fürsten der Chasaren. Allerdings weist nicht nur der Name Chazaria oder Gazaria, welchen die Krim im Mittelalter führte, darauf hin, dass die Chasaren einmal wenigstens über einen Theil der Halbinsel herrschten; sondern auch die byzantinischen Geschichtsquellen bestätigen dies in einer Weise, dass man die Annahme, sie seien auch Herren der Gegend von Kaffa geworden, nicht als unwahrscheinlich bezeichnen darf. Aber es ist vollkommen verkehrt, die Ansiedlung der Genuesen zu Kaffa in die Zeit der Chasarenherrschaft zu versetzen, d. h. in die Periode zwischen dem

[1] I. e. «comes palatii» in diplom. Valachiae, vid. apud cl. Miklosich «Die Slavischen Elemente im Magyarischen» (Wien. 1871), pag. 26.

[2] Loco ant. u. Theodosiae prope cast. bosporan. *Kapham.*

achten und zehnten Jahrhundert, in der die Genuesen noch nicht einmal in Constantinopel Fuss gefasst hatten. Auf der andern Seite finden Siestrzencewitz und Canale [1] in dem «Scythenoberhaupt» des Nicephorus Gregoras einen Fürsten der Kumanen oder Polovczer. Von der zweiten Hälfte des eilften bis zum Anfang des dreizehnten Jahrhunderts nämlich sass der türkische Stamm der Kumanen in den Steppenländern zwischen Don und Dniestr, besonders dicht, wie es scheint, im Norden des Asow'schen Meers (hier verzeichnen die mittelalterlichen Karten eine Landschaft Comania, hier müssen ferner die von Edrisi (2, 400) erwähnten Städte Weiss- und Schwarz-Comanien gesucht werden). Aber seine Herrschaft erstreckte sich auch über die Krim und zwar bis zu deren Südküste herab; [2] reiste man von dem griechischen Cherson, welches die Kumanen blos als Handelsleute besuchten, [3] gegen Osten, so betrat man schon in Jalta kumanisches Gebiet, welches sich wahrscheinlich bis zur Meerenge von Kertsch hinzog und dann nordwärts wandte. [4] Daran ist also kaum zu zweifeln, dass Kaffa in den Bereich der kumanischen Herrschaft fiel. Insofern konnte allerdings ein Fürst dieses Stammes den Genuesen eine Ansiedlung in Kaffa einräumen und wenn Canale diesen Act in die zweite Hälfte des zwölften Jahrhunderts setzt, [5] so entgeht er auch dem Einwand, dass doch die Colonie in Kaffa der Zeit nach nicht der constantinopolitanischen habe vorgehen können. Wohl aber fällt ein anderer Einwand, der gleichfalls die Zeit betrifft, schwer ins Gewicht. Nicephorus Gregoras, der seine Chronik um das Jahr 1360 abfasste, sagt, die Gründung der Colonie Kaffa sei vor nicht vielen Jahren erfolgt, und ganz unabhängig von ihm äussert der genuesische

[1] Della Crimae 1, 140.

[2] *Rubruquis* p. 219.

[3] ANNA COMNENA pag. 215 ed. Paris.

[4] EDRISI 2, 395 und dazu BLAU «Über Volksthum und Sprache der Kumanen» in der Zeitschrift der DMG. Bd. 29 (1876) S. 563.

[5] Della Crimea, 1, 140.

Annalist Giorgio Stella,[1] welcher um 1400 schrieb, er habe von alten Männern erfahren, es sei nicht so sehr lange her, dass die ersten genuesischen Colonisten sich in Kaffa angesiedelt haben. Es war aber zur Zeit des Nicephorus Gregoras schon 140, zur Zeit des Stella schon 180 Jahre her, dass die Kumanen aus der Krim verdrängt und die Tataren Herren derselben geworden waren; also kann wohl nicht unter einem Kumanenfürsten die fragliche Niederlassung der Genuesen ihren Anfang genommen haben.»[2]

Joannes Tzetzes, grammaticus byzantinus, qui saec. XII vitam duxit, nempe sub tempus dominationis Cumanorum in Taurica, in fine poematis «Theogonia» inscripti[3] quasdam dictiones scythicas, persicas et latinas inseruit, quarum primam, sc. scythicam, proprie cumanicam esse censeo, Byzantini enim tunc temporis ex stirpe populorum turc. in Taurica vicinos Cumanos habuerunt, quamobrem nonnullis eorum sermonem cumanicum addiscere necesse erat. In hac dictione duo vocabula arabica bis occurrunt. Ecce locum poematis:

Καὶ Σκύθην Σκύθαις εὕροις μὲ· Λατῖνον τοῖς Λατίνοις
καὶ πᾶσιν ἄλλοις ἔθνεσιν ὡς ἕνα γένους τούτων
καὶ Σκύθην ἀσπαζόμενος, οὕτω προσαγορεύω·
*καλημέρα σου αὐθέντα μου καλημέρα σου αὐθέντα σου (?μου)*
*σαλὰ μαλέκ ἀλτὴ σαλὰ μαλέκ*
τοῖς Πέρσαις πάλιν περσικῶς προσαγορεύω·
*καλημέρα σου ἀδελφέ, ποῦ ὑπάγεις πόθεν εἶ φίλε,*
*ἀσαγχάϊς καρπούπαρζα· χατάζαρχαραντάση*
τῷ δὲ Λατίνῳ προσφωνῶ κατὰ Λατίνων γλῶσσαν
*καλῶς ἦλθες αὐθέντα μου, καλῶς ἦλθες ἀδελφέ*
*βένε βενέστι δόμινε· βένε βενέστι φράτερ*
*πῶς ἀδελφὲ ἦλθες εἰς ταύτην τὴν πόλιν*
*κόμοδο φράτερ βενέστι ἰνίσταντζι*
*καὶ ἀπὸ ποίου θέματος ἦλθες*
ζιταστεμ· (sic!) *ἔσετον* (sic!) *δε κούαλε προβίντζια βένεστιν.*

[1] Murat. SS. 17, 1095.

[2] «Geschichte des Levantehandels im Mittelalter», Vol. II. (Stuttgart, 1879) pag. 161—163.

[3] Hoc poema cel. grammatici ex codice bibliothecae Casanatensis Bekker negligenter edidit (Berolini, 1840).

καὶ ἄλλοι πολλοὶ στίχοι ἦσαν διαλέκτων διαφόρων
ἀλλ᾽ ἐγὼ παρέλειψα ταῦτα ὡς ἀνωφελῆ.

Hunc poematis locum doctissimus ABEL ex codice originali solicite descripsit et in actis societatis philologicae Budapest. publica donavit luce.[1] ABEL dictionem σαλὰ μαλέκ recte σαλὰμ ἀλέκ legit et cum arab. اَلسَّلَامُ عَلَيْكُمْ idem esse censet. Glossam ἀλτή cl. ABEL non explicat, equidem eam cum turc. or. التان confero «titre royal chez les Tartares» apud PAVET de COURTEILLE. ζιταστερ fortasse pro ζητημα «quaestio» scriptum est; ἔσετον, quod graeco καὶ respondet, ABEL pro «etiam» scriptum opinatur. Pag. LXV proleg. meorum annotavi, religionem Muhammedanicam etiam apud Cumanos propagatam fuisse, quamobrem voces arabicae in codice cumanico haud ita paucae occurrunt, e. g. *aval*, — *ayna* «festum,» — *haziz*, — *haybatli*, — *tamam* etc., vid. pag. CXV proleg. Haec mea annotatio loco poematis allegato optime confirmatur.

Pag. LXXVI, in fine notae adde: De nomine Cumanorum hic pauca addere libet. Cl. VÁMBÉRY nomen «Cumanus» a *cum* ope suffixi lat. *anus* derivandum idque cum *Hun* (Οὖννοι), *Kún* idem esse censet, quod ex *kovum* contractum videtur (*kògun*, *kovum* «turma militaris ad hostem insequendum expedita»). RUYSBROEK Cumanos «Valanos» nuncupavit et tribus quaedam Cumanorum se *Ulan* nominabat (turc. *oghlan*, *owlan* «juvenis,» hung. *legény*). Denominatio militaris hodieque usitata «Ulanorum» inde provenit, vid. apud cl. TOMASCHEK: «Indessen heissen die Kumanen selbst auch *Valani* bei *Ruysbroek* (p. 246), und *Ulan* (türk. *oghlán*, *owlán* «Bursche») nannte sich ein Stammhaupt und eine Horde der Kumanen; daher unsere «Ulanen.» —» in libro «Die Goten in Taurien» (Viennae, 1881), pag. 50. Nomen *Ulan* cuman. et *Valani* apud *Ruysbroek* diversam redolent originem, illud enim ex *oghlan* contractum vidimus, hoc vero proprie denominatio germanica est, de qua

[1] «Egy szittya nyelvtöredék», vid. «Egyet. Philologiai Közlöny», Vol. IV., pag. 202—203.

doct. Tomaschek in hunc modum disseruit: «Die Romanen sind nur unter dem slowenischen Namen *Wlah* bekannt, der hinwieder auf das deutsche *Walh*, Fremder, Gallier, romanisirter Kelte, Romane (ursprünglich = *Volcae* Tectosages, qui Germaniae loca circum Hercyniam silvam occupaverunt, Caes. b. Gall. VI, 24) zurückgeht,» vid. «Zur Kunde der Hämus-Halbinsel» (Wien, 1882), pag. 46. Cf. ant. sl. *vlah* «italus,» in l. serb. «valachus,» — hung. *olasz* «italus», *oláh* «valachus», — «Vlahi» Transilvaniae, — «Blaci in Ultrasilvania» apud Anonymum regis Belae notarium,[1] sub quorum denominatione Dacorum superstites latitare crederim, — germ. *Welsch* «italus,» *Welschland* «Italia.» In libello quodam germ. primum anno 1519 impresso Itali «Walhen» nominantur: «Kaiser Friedrich den erst seines namens, mit ainen langen rotten bart, den die *Walhen* nenten Barbarossa».[2] Nomen *Val* et *Polovczi* auctore Blau a *Pahlav* ortum est, vid. proleg. nostrorum pag. LXVIII. Nonnulli Byzantinorum Cumanos «Scythas» (Σκύθης) appellabant, ita e. g. Gergius Cedrenus, vid. pag. LXIII proleg. *Theophylactus Simocatta* Uaros, id est Avaros et Cumanos uno eodemque nomine «Ugoros» dicit, vid. pag. LXII proleg. Scriptores graeci byzantini Cumanos et Οὔννους nominabant, vid. apud Michaelem Dukas, cap. 45. Turcae Cumanos *Uz*-os nominabant et ideo Danaprem *Uzï su* appellaverunt, vid. apud Hunfalvy l. c. pag. 13. — Quoad nomen Bissenorum cf. etiam pers. پشنگ et quae de hoc nomine comes A. F. de Schak in hunc modum disseruit: «Inzwischen hat der verwirrte Stand der Dinge in Iran den Pescheng, Schah von Turan, angereizt, seinen Sohn Afrasiab über den Dschihun zu schicken, um den Tod Tur's und Selm's zu rächen» vid. «Heldensagen von Firdusi» (Berlin, 1851), pag. 193. Cf. etiam nomen pr. khazar. *Pašeneg*, cujus pater, Khakan Khazarorum, ann. 722 contra Arabes bellum gessit, de quo vide «Derbend-Name,» pars IV.,

[1] «Gesta Hungarorum», cap. 27. Vid. «Rerum hung. Monumenta Arpadiana», ed. St. Lad. Endlicher (Sangalli, 1849), pag. 26.

[2] «Chronik des stadt-pfarrers Engelhusius zu Einbeck, E. Koch», p. 16.

vid. apud VÁMBÉRY «A Magyarok Eredete» pag. 125. Cl. VÁMBÉRY nomen gent. *Pečeneg* cum turc. occ. *bažïnak* «affinis» contulit, vid. l. c. pag. 124.

Pag. LXXVIII, lin. 12 post *devastabant* adde: Occasione unius harum incursionum in Hungariam hoc proverbium hung. ortum est *Elkölt az kún az Körösön,* quo JOANNES DECIUS BARONIUS adagium lat. «in portu navigare» interpretatus est; quod ad sensum v. *elkölt,* cf. hoc alterum proverbium hung. *megholt az gyermek s elkött az komaság* ἔβα καὶ ταῦρος ἐς ὅλαν, vid. apud MAUR. BALLAGI «Baranyai Decsi János és Kis-Viczay Péter közmondásai» (Budapest, 1882), pag. 5.

Pag. LXXXI, lin. 18 post *edisceret* adde: *Kuthen* baptizatum fuisse jam ex eo concludi potest, quod filius ejus GEORGIUS et nepos DANIEL nominabantur, filiamque MSTISLAV dux novgorodiensis in matrimonium duxit. Eorum filiam ANDREAS filius II. ANDREAE regis Hungariae uxorem habuit, vid. apud HUNFALVY l. c. pag. 19—20.

Pag. LXXXIII, lin. 25. post *etiam* adde: n. villae *Uzlari* in cap. 120 «regestri de Várad,» ed. ENDLICHER, vid. Mon. Arp. (Sangalli, 1849), pag. 669.

Pag. eadem post additamentum de Huculis in actis IV. Congr. intern. (Firenze, 1881), pag. 227 adde: De Valachis, quos *Mocz* nominant, montes comitatus bihariensis habitantibus cl. TOMASCHEK annotavit «Gerade die heutigen Motsen tragen die deutlichsten Spuren der Mischung mit Slaven sowohl wie mit Kumanen,» vid. «Zur Kunde der Hämus-Halbinsel» (Viennae, 1882), pag. 48.

Pag. eadem in fine notae adde: Cf. etiam ISTVÁNFI, lib. XVIII, initio.

Pag. LXXXV, lin. 13 post *tentorium* adde: In chartis geographicis PETRI VISCONTE (saec. XIV) et aliorum «Comania» annotatur, quae cum «Cumania alba» EDRISII eadem esse videtur.

Pag. eadem, lin. 25 post *navabat* adde: PEGOLOTTI eodem saeculo mercatoribus, qui se ad iter in orientem faciendum

adcingunt, consiliatur, ut sibi interpretem gnarum sermonis cumanici acquirant, vid. apud Desimoni in recensione «Codicis cuman.,» pag. 15.

Pag. LXXXVIII, lin. 4 post *domina* adde: Voc. *alma* «pomum» in nomine geogr. *Alma-saraii* in litteris principis Chazariae legi potest, cf. turc. الما, hung. *alma*.

Pag. LXXXIX, lin. 1 post *dieselben* adde: Nonnulli doctorum tribus nogaicas Kankliensium posteros opinantur, ita e. g. C. Desimoni, qui in recensione «Cod. cuman.» de hac re in hunc modum scripsit «I Cangiti — — — — sotto il nome di Nogai stanziano tuttora in Crimea», pag. 14.

Pag. CXV, lin. antepaenultima ab imo post *sunt* adde: Cf. etiam glossam neograecam πέτζα et quae doctissimus Carolus Pozder de hac voce disputavit, vid. recens. codicis cuman., quam in actis societatis philol. Budapest. «Egyetemes Philologiai Közlöny» inscriptis inseruit (Budapestini, 1881), pag. 548.

Pag. CXVIII, lin. 8 post *oua* adde: Vocales complementi inter consonantes *tr*, *dr*, *fr*, *sp*, *st*, *sk*, *šk* in glossis persicis codicis nostri, uti doctissimus Guil. Tomaschek in recensione, quam de editione codicis cuman. scripsit, recte annotavit, fere ubique desiderantur, e. g. *draz* «longus» (= *dirāz*), — *spéd* «albus» (= *sipéd*), — *stara* «stella» (= *sitārah*), — *skam* «venter» (= *šikām*), — *strao* «grossus» (= *suturk*), v. «Deutsche Litteraturzeitung» (Berolini, 1881), II. Jahrgang, Nr. 31. — Ad vocales glossarum pers. codicis cl. Pozder recte admonuit, longum *a* vocalibus *au* vel *ua*, *î* vero zend. *aê*, ap. *ai* respondens *e* denotatum esse, e. g. *miausauen* مى آشامم, — *gird duagird* گِرد آگِرد «circumcirca»; — *vexa* v. *mesa* «silva» ویشه etc., quam ob causam transcriptionem codicis P. ad pronuntiationem linguae persicae XIV. saeculi multum conferre opinatur. In pronuntiatione tamen vocis بیشه cl. Pozder errat, haec enim vox, non uti scribit *bisch*, sed *beše* sonat, vid. l. c.

Pag. CXX, lin. 2 post *beiumb* adde: Quaedam vocabula partis codicis persicae, uti cl. Tomaschek l. c. annotavit, in

vocabulariis desiderantur, e. g. *daug* «trulla» (et non «casa», uti in glossario codicis persico falso allegatur), — *mandan* «petroselinum», — *paru* »pala». Alia quaedam vocabula in codice nostro antiquiorem redolent formam, e. g. *bafre* «nix» (=*barf*), — *mazg* «medulla» (= *maghz*), — vid. apud Tomaschek et Pozder ll. cc.

Pag. CXXI, lin. 23 post *vocibus* adde: «camixia,» — «mantexi», — «cremexi», — «celexia», — «boraxia», — «frexetus», — «foxinum», — «axmixium».

Pag. eadem, lin. 25 loco *maxime* lege: haudquaquam.

Pag. eadem, lin. 26 post *apparet*, adde: Veneti enim «camisa», — «mantesi» pronuntiant et scribunt.[1] Post hoc additamentum loco *sed ex hac re minime consequitur, scriptorem vocabularii Venetum fuisse, haec eadem enim scribendi ratio etiam apud Januenses per id tempus et posterius quoque occurrebat, in quorum scriptis z et x saepe loco s scripta reperiuntur,* legendum est: jam ex hac re sequitur, scriptorem vocabularii Venetum non fuisse, haec enim scribendi ratio apud Januenses per id tempus et posterius quoque saepissime occurrebat, in quorum scriptis nonnunquam etiam *z* loco *s* scriptum reperitur, — — —.

Pag. CXXII, lin. 2 post *etc.* adde: Transpositio liquidae in vocabulis «craston», «crastatus», quas formas Veneti «castron», «castrato» pronuntiant aeque ac «cavra», — «scorlar» loco formarum Januensium «crava», — «scrollar» scriptorem vocabularii Januensem fuisse comprobat, vid. apud cl. Desimoni, l. c.

Pag. eadem, lin. 13 post *turcheyse* adde: — «brenum», in dialecto Venet. «semola», — «carubium» (= via), Venet. «calle», — «frexetum» (= ligamen), ital. «nastro», apud Venetos «cordela» — «sedacius», Ven. «tamiso», — «bozus» (=fructus acerbus), — «rangus» (= claudus), — «pomellus» (= bulla, nodus), ital. «bottone», — «yona» (= dolabra, planula, hung. *gyalú*), — «patavaj» (=fascia), — «gea» (= beta, hung. *czékla*),

[1] Tertia persona verbi auxiliaris *xe* unicam facit exceptionem, vid. apud Desimoni in recensione editionis nostrae, pag. 19.

— «rumenta» (= scobs, hung. *szemét*), — «agutus» (= clavus), — «brandale», — «tianus», ital. «tegame», germ. *tiegel*, hung. *tégely*, — «tefunia» (= patina), ital. «tafferia», — «gatti spuzzi» (species mustelae), ital. «specie di faina», — «asia» (= securis), — «spegius» (= speculum), vid. apud cl. Desimoni, l. c. pag. 19.

Pag. eadem, lin. 30 post *fecit* adde : Commercium orientale Januensium post annum 1261 imperio byzantino restituto florentissimum attigit statum. Tunc Januenses, qui imperio auxilio fuerunt, ab illo velut praemium duo Constantinopolis suburbia, sc. Peram et Galatam acceperunt, praeterea et jus liberae in provinciis imperii et maribus negotiationis obtinuerunt.

Pag. CXXVII, lin. 8 post *conscripserunt* adde: Missionarios illos fratres ex ordine *S. Francisci* fuisse, praecipue ex duabus causis arguo, 1, ex invocatione sancti illius ipsi Petro antepositi (pag. 121 codicis) : *are franasca (Franasca)*, vid. apud Hunfalvy l. c., pag. 11, 2, ex partitione ecclesiastica totius Orientis inter duos ordines *St. Francisci* et *St. Dominici*, de qua doctissimus C. Desimoni haec dicit: «L'importanza e l'estensione delle relazioni d'Europa col lontano Oriente a que' secoli si capiscono meglio, se tutti questi come brani e frammenti di un libro perduto s'incastrino nella storia delle Missioni dei due Ordini di San Francesco e San Domenico, quale ci fu conservata da' benemeriti loro fratelli e viene commentata dottamente dai moderni. E noto come i Papi avignonesi specialmente abbiano fondate provincie e diocesi ecclesiastiche su quelle terre, sulle quali si svolse il presente nostro discorso. Clemente V nel 1307 innalza Cambalech (Pechino) a metropoli della Cina, vi chiama ad Arcivescovo quel francescano Giovanni da Montecorvino più volte de noi accennato, lo accompagna con più frati del suo Ordine che saranno suoi Vescovi suffraganei e dei quali abbiamo trovato ancora nel 1326 Andrea di Perugia, Vescovo a Zaiton (Tsiuan ceu-fu nell' odierna Provincia del Fu-kiang) ; due altre diocesi erano probabilmente a Jamsi (Yang-ceu-fu, sul fiume Yang-tse) e alla allora famosa

Quinsai (moderna Hang-ceu-fu nella provincia del Ce-kiang). Giovanni XXII, ancora più operoso in ciò del suo antecessore, fonda due provincie e Vescovi, il 1317 erige un vescovato a Caffa [1] in Crimea, assegnandoli l'immenso territorio da Serai [2] capitale del mongolo Kipciak fino a Varna sul mare di Bulgaria; e vi pone a capo il francescano *Gerolamo*. Secondo l'ordine introdotto altrove, la metropoli ecclesiastica ponendosi ove gia era la civile, Serai avrebbe dovutto essere la sede del Vescovo, e troviamo poi difatti notizie di un Vescovo Seraicense, come anche dell' Arcivescovo Cosma ivi trasportato da Cambalech dopo la cacciata dei Mongoli di colà. Ma in quella prima fondazione pare che il Papa abbia preferita Caffa, come colonia dei Genovesi gia fiorente per popolazione e per ricchezza di commerci; donde perciò maggiore poteva essere l'influsso anche sui Mongoli più lontani,» vid. «I conti dell' Ambasciata al Chan di Persia nel MCCXCII» (Genova, 1879), pag. 47—48, cf. etiam quae cl. HUNFALVY de missionibus duorum ordinum sc. *Sti. Dominici* et *Sti. Francisci* in dissertatione saepe laudata «A Kún- vagy Petrarka-codex és a Kúnok» (Budapestini, 1881), pag. 11, — 18—22 disputavit.

---

## AD CODICEM CUMANICUM.

Pag. 10, in nota, quae addita est ad formas *miausauen, ausamitem* persicae columnae, lege: **A* longum scriptor columnae persicae optime per *au* denotavit, vid. VULLERS «gramm. l. pers.» (Gissae, 1870) pag. 17 et quae cl. C. POZDER l. c. de hac transscriptione disputavit.

[1] Ὁ Καφᾶς apud scriptores graecos.

[2] Sec. FEODORUM MILLER duo oppida nomine *Serai* exstiterunt, quae ambo monetariam officinam possidebant. ZAGOSKINE Serai ad ripam sinistram Akhtuba in gubernio Astrachanensi loco hodierni pagi Selitrennoe, LOPATINE vero ad ripam Volgae in hoc eodem gubernio regione magis septentrionali collocat.

Pag. 13 juxta *bepoh* col. pers. lege: (sic!)* — et in nota respondenti haec adde:* Male pro *bipez* scriptum, vid. apud POZDER, l. c. pag. 548 (پز apud VULLERS in lexico).

Pag. 19, in nota 2. loco *radicibus* formata lege: formis derivata.

In eadem nota post punctum adde: De cognatione harum formarum vid. apud POZDER, l. c. pag. 549.

Pag. 22, in nota 4 post *kételkedő* adde: cf. etiam zendicum *vîmananh*, pers. گمان «dubium», «dubitatio», quae vox ex *vi (dva)* «duo» et *man* «cogitare», «sentire» composita est, vid. JUSTI «Zendspr.», pag. 280 et C. POZDER l. c. pag. 549.

Pag. 28, in nota sub *solach* columnae pers. lege: سوراخ.

Pag. eadem in fine notae 7, resp. 8 post *idem* adde: Fortasse *ok suj* اوق صوی, proprie «aqua sagittae,» vid. apud MORDTMANN «Zeitschr. d. DMG.,» vol. XXIV, pag. 61, cf. etiam n. fluvii *Tigris* («rapidus Tigris» apud HOR. Carm. 4, 14, 46), medice enim *tigris* sagittam significat, vid. apud STRABONEM 11, 527 (sansc. *tigra* «acutus», «velox»), vid. apud *Gesenium* in lexico sub voce חִדֶּקֶל. Ex Chil. TZETZES XIII (hist. 466), v. 91—95 patet, flumen quoddam prope Chazaros et Chersonem *Oxus* nominatum fuisse: Οἱ δὲ Σουγδαίας κάτοικοι Χάζαροι καὶ Χερσῶνος ἀπὸ τοῦ Ὀξοῦ ποταμοῦ κ. τ. λ. Apud TZETZEM species quaedam piscium ὠξιανοὶ ἰχθύες nuncupantur, quod nomen *Du Cange* falso pisces ex flumine Oxi provenientes interpretatus est.

Pag. 30 in fine notae 1. adde: De notione, cf. etiam pers. *simâb* (سیماب).

Pag. 50, in nota 2. loco از مردهان lege: از مردهگان, vid. apud POZDER l. c.

Pag. eadem, in nota 3. eadem correctio obtingat.

Pag. 56, in nota 2. pro *sors* lege: pars, portio.

Pag. 68, in nota 3. pro نیك lege: نیکو.

Pag. 82, in nota 3. post *sonat* adde: *Bafre* ad antiquiorem formam magis accedit, quam *berf*, cf. zend. *vafra*, pehl. et pars. *vafr*.

Pag. 83, in nota prima haec sequent. vocabula delenda

sunt KLAPROTH *falso* تاوستان *scripsit* et loco eorum adde: mazender. *tavesztûn,* gilânicum *tavesztôn*, gebr. *tavisztûn,* vid. apud POZDER l. c. pag. 552 (cf. etiam تاب).

Pag. eadem, in nota 6. *cf. osm.* delendum est, — pro كوشه lege: cf. pers. كُوشه, — post «*angulus*» adde: cf. zend. *gaosha.*

Pag. 89 sub *vexa ul mesa* in nota adde: Pers. بيشَه silvam et arundinetum significat, cf. ايشَه; cf. etiam zend. *varesha,* pehl. *véshak,* vid. apud POZDER l. c. pag. 553.

Pag. 101, in nota 3 pro *persicae* يارَه «*vulnus*» lege: ar. جَرَّاحٌ.

Pag. eadem sub *manoale (sic!)* lege in nota:* «Libro giornale mercantile» sec. DESIMONI, qui ad hanc vocem annotat: «cosi lo chiamavano i Genovesi nel secolo XIV per opposto al Cartulario, l'odierno Libro Maestro», vid. recensionem clariss. auctoris, quam de editione nostra codicis cuman. scripsit (Estratto dall' Archivio stor. ital., 1881, pag. 5).

Pag. 102, in nota 4. post *effossio* adde:, proprie «marra,» «ligo», ital. *zappa.*

Pag. 110 sub *xuan* adde in nota: زبان, cf. zend. *hizva.*

Pag. 111 post *scan* columnae pers. signum interrogationis delendum est et sub hanc glossam adde in nota: شِكَم.

Pag. 123 sub *aysdahan* col. pers. adde in nota: ازدَرها, zend. *aji dahâka* «serpens perniciosus» ex *aji* «serpens» et *dahâka* «mordens», vid. apud doctissimum POZDER, l. c. pag. 554.

Pag. 135 post finem notae 1 adde: *Kukel* cum hung. *kökény* «prunum silvestre» idem esse videtur, cf. in glossario, vid. apud cl. P. HUNFALVY l. c. pag. 44.

Pag. 140, in nota 3 post *elbette* adde: quod ex ar. أَلْبَتَّةَ ortum est.

Pag. 148 post finem notae 4 adde:, i. e. ببول بارس, quod cl. VÁMBÉRY in libro «Die primitive Cultur des turko-tatarischen Volkes» (Lipsiae, 1879) «Weg-Panther» interpretatur, pag. 204. Ad بارس cf. nomen pr. *Beibars* et nomen hunnicum Ὠηβάρσιος,

vid. apud VÁMBÉRY «Hunnok és Avarok» pag. 13, 29, vid. etiam apud POZDER l. c. pag. 555. Hung. *párducz* «pardus,» gr. πάρδος (apud AELIANUM «Nat. animal.» 1, 31) doct. VÁMBÉRY ex pers. پارس depromptum esse opinatur («A Magyarok Eredete,» pag. 408), sed haec nostra vox e lat. «pardus» originem sumsit, quae sane glossa altius ex penetralibus l. persicae repetenda est.

Pag. 151, lin. 25 post ὀβολὸς adde:, vel fortasse φόλλις, cf. φολὶς, dor. φόλιξ, lat. «follis.»

Pag. 153, lin. 8 post *tibi* adde: De nomine *huun* cl. HUNFALVY ita disseruit: «E denominatione gentis cumanicae, quam codex refert, quoddam discrimen quoad statum socialem elucere videtur. Pag. 229 vocabula *tatar ti'gä koneldi* interpres german. in hunc modum convertit: *ha re di cunge gerade,* quam dictionem editor *er redet die Zunge gerade,* in vocabulario vero cumanico *tatar til* «sermonem sincerum» interpretatus est. Aenigmatis 17, quod ceterum obscurum et intellectu difficillimum est, significatio haec esse videtur: *pauco . . . crusto saginatur* et quaestioni aenigmatis: *quis ille sit?* denominatione *ol huun* (i. e. Cumanus) respondetur. Ob permutationem satis frequentem in codice cuman. litterae *h* cum *k*, e. g. *hačan, kačan, — hatum, katum, — han, khan* (etiam in scriptis hungaricis XVII. saec. *khan: hám* scribebatur; *h* cum *k* in aliis quoque exemplis hung. permutatum videmus, e. g. *kabarék, habarék, — kankarodni, hengeredni), — hangi, kangi: huun cum kún idem esse potest.* In hac duplici denominatione 1, *huun* 2, *tatar* fortasse quoddam discrimen ad politicam pertinens se revelat. Tartarus[1] hoc loco dominum significare videtur, penes quem arbitrium est, quamobrem *tatar tilgä koneldi* liberum aliquem libere et sincere locutum esse dicit; *huun* vel *kún* vero servum significat, cui etiam crustum sufficit, ut satietur. Profecto anno 1300 Cumanos Khano Tartarorum Kipčakiensi subditos fuisse notum

[1] Sanctus *Ludovicus*, rex Galliae, primus fuisse fertur, qui Mongolos ob similitudinem nominis تاتار cum «tartarus», gr. τάρταρος (in pl. τάρταρα), Tartaros nominavit, vid. apud VÁMBÉRY «A Magyarok Eredete», pag. 463.

est. Si aenigmatis solutio ea est, quam editor suspicatur, Cumanorum nomen ethnicum in eorum lingua *huun, kún* erat.» Vid. «A Kún- vagy Petrarka-Codex és a Kúnok» (Budapestini, 1881), pag. 12, 13.

---

## AD EXCURSUM «DE GLOSSIS GOTICIS APUD *BUSBEQUIUM.*»

Pag. 242, lin. 33 post *száz* adde: vogul. sept. *sat,* vogul. austr. *šat,* mordv. *s'ada, s'ado.*

Pag. eadem, lin. eadem post *ezer* adde: chazar. *hazār,* cf. nomen ducis Chazarorum *Hazar-Tarkhan* apud *Tabari,* vid. Tomaschek «Die Goten in Taurien,» pag. 66.

Pag. eadem sub *cadariou* adde in nota: Cl. Tomaschek voc. *cadariou* ex lingua Chazarorum depromptum opinatur idque cum čuvas. *kadarach,* altaico *kadary* contulit (turc. *kat*, *kad* «latus»), vid. l. c. pag. 65.

Pag. 243, lin. 1 post *venum* adde:; ceterum cf. etiam ar. عِرس «nuptiae,» عروس «sponsa».

Pag. 244, lin. 6 post *93** adde: Cl. Hunfalvy quaestionem resolvendam proponit, an Goti in conversione Cumanorum quandam partem habuerint, et ad hanc quaestionem omnino certum responsum dare nequit. Episcopatus Gotorum adhuc anno 1368 et postea quoque exstitit. Hoc anno patriarcha Constantinopolitanus ecclesiam Cherson metropolitae Gotiae subordinat (μητροπολίτῃ Γοτθίας), hanc vero ecclesiam «Cherson» in Taurica fuisse in dubium vocari non potest, vid. «Acta Patriarchatus Constantinopolitani (ann. 1315—1402)» ed. Fr. Miklosich et Jos. Müller (Vindobonae, 1860) tom. I., pag. 500. Cl. Hunfalvy Gotos in conversione Cumanorum partem habuisse hanc ob causam non verisimile censet, quia episcopatus Gotiae patriarchatui Constantinopolitano subordinatus fuit,

Cumanos vero romanae ecclesiae addictos fuisse inter omnes constat. Vid. doctissimi PAULI HUNFALVY dissertationem in his additamentis saepe laudatam «A Kún- vagy Petrarka-Codex és a Kúnok» (Budapestini, 1881), pag. 7. Episcopus Gotiae DAMIANUS circa annum 1426 nominatur: Δαμιανὸς μητροπολίτης πόλεος Θεοδωροῦς καὶ πάσης Γοτθίας et CONRADUS GESSNER in libro «Mithridates» inscripto (impr. ann. 1555) Gotorum illo tempore Tauricam Chersonesum habitantium mentionem injecit, vid. apud doct. TOMASCHEK «Die Goten in Taurien» (Viennae 1881), pag. 56.

---

## AD VOCABULARIUM CUMANICO-LATINUM.

Pag. 250 sub *armut* post آرمود adde: turc. آرمود بك vulgo «begamote» dicitur, hung. *pergamenkörte*, quod sane aeque ac *kajszinbaraczk* «persicum» pleonasmus est, vid. apud POZDER l. c.

Pag. 264 sub voc. *kopsagan* post *209* adde: cf. hung. *koboz*, vid. apud HUNFALVY «A Kún- vagy P.-codex és a Kúnok» (Budapestini, 1881), pag. 11. Cf. etiam turc. *kobuz*.

Pag. 265 sub *kukel* post *135* adde:, hung. *kökény*, cf. etiam nomen fluvii *Küküllő*, quod sec. HUNFALVY e *kükül-jó* conflatum est, lat. «fluvius Kukul», germ. *Kokelfluss*, Slavi enim hunc ipsum fluvium *Tirnava* nominant, in quo nomine *trno* idem significat, quod hung. *kökény*, cuman. *kukel*, id est «spina», «gramen», vid. apud HUNFALVY l. c. pag. 44. Compositi *kükül-jó* secundam partem *jó* cl. HUNFALVY cum vog. *jä* «fluvius», čer. *jog* «fluere», finn. *joke* «fluvius minor» contulit, vid. etiam apud doctissimum BUDENZ in opere «Magyar-Ugor összehasonlító szótár»; cf. etiam turcicum or. چاوون *(čav-un)* «fleuve, torrent; rafale de pluie et de neige» (apud PAVET de COURTEILLE).

Pag. 270 sub *chasma* loco «*muri fundamentorum effossio*» lege: «marra», «ligo», pag. 102.

Pag. 288 inter *toprak* et *toba* lege: *Tob ay* «Aprilis», pag. 81, vid. sub *ay*, pag. 248, cf. turc. *tobalang*, hung. *tavasz* «ver», cf. etiam osztj. *tovi*, vog. *toja*, fenn. *suoja*.

Pag. 296 post *Sirdac* lege: «ligamen».

---

## AD VOCABULARIUM PERSICO-LATINUM.

Pag. 308 inter *aynen* et *aoygina* insere: *Aysdahan* «draco», pag. 128, اَژدَرها, zend. *aji dahâka*.

Pag. 310 sub *ax* loco مُردَهان lege: مُردَه‌كَان.

Pag. 314 sub *ko* loco خو lege: كُوه s. كُه, zend. *kaufa*.

Pag. eadem sub *caargusa* loco كوشه lege: كَوشه.

Pag. 317 sub *chagba* loco *cf.* كِهب «opprobrium» lege: ar. قَحبة.

Pag, 320 sub *garm* loco خانه گَرم lege: گَرمابَه v. گَرماوه, uti cl. Pozder recte annotavit, l. c. pag. 548.

Pag. 321 sub *gird* post *65*, adde: گِرد آگِرد, vid. apud Pozder l. c. pag. 551 (*a* longum in forma *(d)uagird* per *ua* denotatum est).

Pag. 322 sub voce *gharbusa* post *126*, adde: خربز et خربزه, germ. *Kürbiss*.

Pag. eadem sub eadem voce post «*anguria*» adde: vid. apud Pozder, l. c. pag. 557.

Pag. 223 sub *ghosch* loco خوش lege: خشك, vid. apud Pozder l. c.

Pag. eadem sub *hamu* loco *cf.* هم lege: ar. عَمّ.

Pag. eadem sub voce *hac* loco هَك «grando» lege: خاك, vid. apud Pozder, l. c. pag. 557.

Pag. 326 sub *tauar* loco «*fossa*» etc. usque ad finem articuli lege: «marra», «ligo», cf. *taouar*, pag. 102.

Pag. eadem sub *taustâ* post تابِستان adde:, cf. mazender. *tavestûn*.

Pag. 327 sub *tar mecunem* loco تار lege: تر, vid. apud Pozder l. c.

Pag. eadem sub *terek* post ترك lege: arab. originis.

Pag. 328 sub *tusaydem* loco تُشايش «*apertio*» lege; بخشش «largitio,» «donatio», «remissio poenae», vid. apud Pozder, l. c. pag. 557.

Pag. eadem sub *daug* loco «casa» lege: «trulla».

Pag. 329 sub *diouachar* post 103 adde: دیباگر; دیبا apud Vullers idem est, quod «pannus sericus versicolor», vid. apud Pozder, l. c. pag. 557.

Pag. 330 sub *dusmâ* loco دُشمن «*inimicus*», «*miser*» lege: دُشنام «convicium», «opprobrium», vid. apud Pozder, l. c. pag. 548.

Pag.331 sub voce *nachara* post *104* adde; نَقارَه, cf. ar. نَقَرَ «percussit».

Pag. 332 sub voce *nafrin* post *10* adde: نفرین s. نَفرین, vid. apud Pozder, l. c. pag. 557.

Pag. eadem sub *nec* post *ibid.* lege:, نیکو.

Pag. 333 sub *manxel* post مَنْزِلْ adde: cf. *manzelga*, pag. 89.

Pag. eadem sub *xayt* post *zâd* adde: vel potius pro زائیدَه vid. apud Pozder, l. c. pag. 550.

Pag. 336 sub *salvar* loco *'arabice* جَوْرَبْ *etc.* lege: pers. شَلوار s. شُلوار «femoralia», «braccae», quales viri et mulieres gerebant. Cl. Vullers de hac voce ita scribit: Vocem ex شل femur et suff. وار, ut syn. رانین ex ران femur et suff. ین formatam et

in multas alias linguas receptam, e. g. סַרְבָּלִין Dan. 3, 21, ar. سروال s. سِروالَه, gr. σαράβαρα (σαράβαλλα) . . . plures viri docti cum zend. *çâravarâ* (Vend. p. 418, 6, ed. *Burn.)* cognatam putant» etc., cf. etiam syr. *šarbolô,* gr. σαράπαρα, gr. recent. σαρβαρίδες, hispan. *ceroulas*, polon. *šarmvari.* Vid. apud c. Pozder, l. c. pag. 558. Vid. etiam apud Tomaschek «Centralasiatische Studien» (Wien, 1880), pag. 75.

Pag. 338 sub *scan* loco *fortasse* etc. usque ad finem articuli lege: شِكَم «venter» pag. 111.

Pag. 343 sub *bafre* adde in fine:, cf. zend. *vafra.*

Pag. 344 sub *bectar* loco *nectar* lege: بهتر, cf. etiam بهترك apud Vullers «aliquantulum melior», vid. etiam apud Pozder, l. c. pag. 551.

Pag. 347 sub *manzelga* loco ar. مَنزِل lege: منزل گاه s. منزلگه, cf. *manxel,* pag. 35.

Pag. 350 sub *vexa* post وِيشَه adde: ويشَه, ايشَه.

---

## AD VOCABULARIUM MEDIAE ET POSTREMAE LATINITATIS.

Pag. 369 sub *custura* post *chostura* adde: Vid. etiam «custura» in glossario cl. Corn. Desimoni libro «I conti dell' Ambasciata al Chan di Persia nel MCCXCII» (Genova, 1879) adjuncto.

Pag. eadem sub *graytaroria* post *ibid.* adde:, cf. «gratura» apud Desimoni l. c., fortasse ital. «grattugia».

Pag. 371 sub *rumenta* loco *in sign. terrae* lege: «scobs», hic «gleba».

Pag. eadem sub *papirun* post *papirium* adde:, cf. «paperus» apud Desimoni l. c.

Pag. eadem sub *čucharo* post «zucchero» adde:, «sucre» apud Desimoni l. c.

Pag. eadem sub *mortalis* post «*mortajo*» adde:, «mortarius» apud Desimoni l. c.

Pag. 372 sub *cenapio* post «*senapium*» adde:, «cenapium» apud Desimoni l. c.

Pag. eadem sub *Vulpe* post *volpe* lege:, «wolpus» apud Desimoni l. c.

Pag. eadem sub *vaĩ* post «*vairum*» adde:, «veyr» apud Desimoni l. c.

Pag. eadem sub *scoyroli* adde in fine: «scuriol» apud Des. l. c.

Pag. eadem sub *pichũ* adde in fine: «pike» apud Des. l. c., cf. etiam quae doct. vir addidit: «Picchi, misura di lunghezza a Constantinopoli, Trebizonda e Tebriz» etc.

Pag. eadem sub *bachairanj* adde in fine: «bucramum» (pavilone cum bucramis) apud Des. l. c., pag. 146. «Bucherame — scribit cl. Desimoni — stoffa di cotone o d'altro nota nel medio evo, ma ora non ben chiara, nonostante gli studi del D'Avezac, di Fr. Michel, di Yule, d'Heyd. Ved. *pavillonum*».

Pag. 373 sub *lesna* adde in fine:, «lessine» apud Desimoni l. c.

Pag. eadem sub *macia* adde in fine:, cf. etiam «macium», mazza di ferro apud Des. l. c., pag. 151.

Pag. eadem sub *manoale* adde in fine:, «libro giornale mercantile» sec. Desimoni l. c., in glossario.

Pag. eadem sub *catreda* adde in fine: «Cattedra» (pro domino), sedia più nobile apud Des. l. c., pag. 147.

Pag. eadem sub *sapa* adde in fine:, ital. *zappa* «marra», «ligo», hung. *kapa*.

Pag. eadem sub *chazola* loco *cf. apud* etc. usque ad finem articuli lege: «trulla», ital. *cazzuola da muratore*, hung. *vakoló kalán*.

Pag. eadem sub *frexeterius* lege: «spiculorum fabricator».

Pag. 374 sub *canauũ* adde in fine:, «canevace» i. e. «canevaccio» apud Des. l. c., pag. 147.

Pag. eadem sub *camulũ* adde in fine: «Camote» apud Des. l. c., ibid.

Pag. eadem sub *fustaney* adde in fine:, «fustanea» apud Des. l. c., pag. 149.

Pag. eadem sub *tella* adde in fine: «Tela» apud Des. l. c., pag. 157.

Pag. eadem sub *camocatus* adde in fine:, ital. «camocato».

Pag. eadem sub *tela fabriane* adde in fine:, cf. «tella».

Pag. 375 sub *frexetus* post *ibid.* adde: «ligamen», ital. «nastro».

Pag. eadem sub *gradius* adde in fine: »Gradius» apud Des. l. c., pag. 150.

Pag. 376 sub *brageĩus* adde in fine:, cf. «bracerius hernasii» apud Des. l. c., pag. 146.

Pag. eadem sub *ſaraso* adde in fine:, «parasol» apud Des. l. c., pag. 153.

Pag. eadem sub *stregia* adde in fine: «streylleo» (equorum) apud Des. l. c., pag. 156.

Pag. eadem sub *torcius* adde in fine:, cf. etiam «tortice di cera» apud Des. l. c., pag. 157.

Pag. eadem sub *lenteamina* adde in fine:, cf. «lintihamini» apud Des. l. c., pag. 151.

Pag. 377 sub *petrosemulum* adde in fine: «petrocillum» apud Des. l. c., pag. 153, ital. «pretosemolo», hung. *petrezselem.*

Pag. eadem sub *merezana* loco *convolvulus* lege: «cucurbita« (hung. *tök)*, vel potius «melongena». De significatione hujus glossae doctissimus vir lib. baro Carolus Geringer litteris ad me missis in hunc modum scripsit: «Merezana» ist nicht «convolvulus», sondern wie die pers. Glosse mit *badizian* ganz richtig andeutet, die von den Türken *badlidschán,* von den Griechen μελενσζάναις genannte «Melongena,» der essbare, blassgrüne, zartfleischige Kürbiss, der in Gemüsegärten häufig

gebaut und mit gehacktem Fleische gefüllt, als *Dolmâ* (دولمه) verspeist wird. In nächster Nähe von Ortâkiöi an einer beliebten Haltestelle «Flamûr alti» (فلامور التی) genannt, sah ich davon eine grosse Pflanzung in Form von Lauben (pergole), von denen die bis $^3/_4$ Meter langen Früchte wurstartig herabhingen.» Sec. cl. Desimoni «merezana» solanum ins. significat, vid. recensionem «Codicis Cumanici,» quam in actis societatis hist. ital. inseruit (Firenze, 1881).

Pag. eadem sub *buraxia* loco *cf. apud* etc. usque ad finem articuli lege: «borrago officinalis».

Pag. eadem sub *craston* loco «aries» lege: ital. «castrato», hung. *ürü* (ital. etiam «montóne»).

BIBLIOTHECA ACADEMIA SCIENTIARUM HUNGARICAE
MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA KÖNYVTÁRA
BUDAPEST